Item, octo solidos bone monete Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Ludovicum Prodon pro quadam pecia terre, vinee, et mareschii sita versus la Jonchieriz in pratum redactam continentem unam falquatam cum dimidia juxta nemus dicti confitentis prelimitatum a juria, viam publicam a vento, vineam heredum Henrici Besson et vineam Colleti Mentonex a lacu, et vineam et pratum Francisci Coctoz a borea.

Item, unam ochiam sitam in villa Brussini supra pratum de Cruce in pratum redactam juxta pertinencias domus Perreti Warinet que fuit Francisci Gabard a borea, viam publicam a juria, ochiam eiusdem Warinet et pratum domini a lacu, et semitam tendentem ad Dulit a vento.

Item, duas partes unius pose r sitas subtus pratum de Cruce juxta terram dicti confitentis a borea, terram Petri Benedicti a vento, affrontat strate publice a juria, et pascue publice a lacu.

Item, quandam decimam appellatam de Bricignie levare consuetam in confinio dicti loco de Brigitnye alias per quondam Fratrem Johannem de Seysello tunc priorem Romanimonasterii quondam Nicodo de Gland donatam et remissam in augmentum feudi et que decima levatur in terris sitis a nemoribus existentibus supra Brussin usque ad juriam tam per territorium de

Bructignye quam de Longiro et dilatur a borea contra ventum prout assuetum est et in terris consuetis cum juribus et pertinencibus dicte decime que decima fuit ut prefertur donata in augmentum feudi et sub certis condicionibus in instrumento dicte donacionis descriptis recepto per Dominum Henricum de Prata 16 jun 1491 jam in precedentibus extensis exhibito et cuius instrumenti tenor est in principio huius extente descriptus. (The date 1491 is almost certainly an error for 1391, since the date of the present reconnaissance is in 1490, and the document in question had already been mentioned, and its contents quoted, according to commissaire Pollens, in earlier terriers. Surely enough, the document is described, with the date 16 jun 1391, on fol. 193v of Fj 3, in the reconnaissance of Aymonetus filius quondam Nichodi de Gland, dated 20 oct 1434. The phrase "*cuius tenor est in principio huius extente descriptus*" is problematic; the promised text of 1391 has not yet been located either in Fj 3 or in the present terrier. However, Pollens might have meant only that the nature of the document of 1391 was described in what is now Fj 3.)

72 Item, unam peciam vinee sitam loco dicto en Prasset juxta vineam ecclesie de Brussins quam tenet idem confitentes a lacu, terram Ludovici Probi a iuria, viam publicam a vento, et vineam dicti confitentis infralimitatam a borea.

Item, dimidiam falquatam prati sitam subtus loz Grand Pra que fuit antiquitus Guilliemi Maczon juxta prataum eis Mugneron a iuria, pratum Petri Tissot de Gillier quod fuit Henrici Besson a lacu, pratum Guilliemi Mistralis quondam a borea, et pratum Johannis de Dulicio et Francisci Richoz a vento.

Item, duas pecias terre seu nemoris sitas en Chastillion que fuerunt antiquitus Johannis de Sancto Liberio quarum prima tangit nemus Perreti Warinet a lacu, nemus Anthonii Evrardi a iuria, viam dou Berdeoux a vento, et viam publicam a borea, alias est sita ibidem juxta nemus Francisci Coctoz a iuria, nemus Anthonii Evrardi a lacu, viam predictam a vento, et nemus quondam Henrici Besson quod tenent Mermetus Grojehan et Mernetus de Tillia a borea.

Item, eis Vaulx de Brussins quinque posas nemorum que antiquitus fuerunt Jannini Rossiez juxta pratum Ludovici Probi a lacu, nemus domini a vento, viam de Croisettes a iuria, et nemus Petri Gascon sartoris a borea.

Item, in villa Brussini unum morcellum ochie situm ante domum suam a parte boree continentem unam fosseratam inclusa certa parte eiusdem que fuit de bonis et recognitione Henrici Besson ex empto per quondam patrem suum facto a Johanne Besson constante instrumento in presenti extenta exhibito et laudato juxta ortum Ludovici Prodon et vineam eiusdem confitentis de Prasset a iuria, ochiam eiusdem confitentis infralimitatam et ochiam eis Prodon et grangiam Anthonii de Combis a lacu, ochiam dictorum Grojehan que fuit dicti Besson, et affrontat vie publice a vento.

72v Item, ibidem unam aliam fosseratam ochie sitam ibidem contigue tam de suo antiquo tenemento seu bonis quondam Roleti Prodon quam dicto empto et de bonis dicti Besson juxta ochiam prelimitatam et ochiam Ludovici Prodon a vento, affrontat carrerie tendenti ad Gillie a lacu, et dicte vinee de Prasset eius confitentis a iuria, et est sciendum quod dicte particule incluse que fuerunt de bonis dicti Besson sunt astricte heredibus Glaudii de Subtusecclesiam ad

certam pensionem quam supportant Mermetus Tilliot et dicti Grojehan eius heredes et tenentur eundem confitentem guerentire.

Item, unum morcellum vinee appellatum Andrieaz ? alias en Prassiet continentem duas partes unius pose que alias fuit de bonis dictorum Mestraulz et jam dudum excambiata prout in precedenti extenta continetur, juxta cultile Ludovici Prodon qui ab eadem vinea processit a vento, vineam dicti confitentis prelimitatam a juria, et vineam ipsius confitentis infralimitatam a borea, quandam semitam eciam a juria, et domum Henrici Besson quondam et pertinencias eiusdem dominus ex parte lacus.

Item, ibidem unam aliam peciam vinee sitam in territorio Sancti Vincencii appellatam eciam Andieriz ? continentem duas magnas posas que alias fuerunt patri dicti confitentis excambiate per Guiliermum dictum de Gland de Sancto Vincencio prout jam in precedenti extenta fit mencio juxta vineam Stephani de Gland de Sancto Vicencio que dicitur moveri de retrofeudo dicti Romanimonasterii et domum et ortum Nicodi Mosserat a borea, vineam prelimitatam a vento, et ortum heredum Henrici Besson eciam a vento, quandam semitam a juria, et domus et ochias dictorum heredum Henrici Besson a lacu, tenet igitur dictus Hugoninus recognoscens in feudo nobile et sub onere homagii ligii et ultra eundem onus homagii debet et debere confitetur pro se et suis quibuscunque eisdem dominis commendatario et conventui et suis, inclusis ad unam omnibus quantitibus in precedentibus extentis particulariter descriptis,

Primo videlicet tribus solidis Gebennensibus et uno cappone pro dictis rebus primo limitatis, novem denariis Gebennenses pro ochia retro ultime limitata, et non comprehenditur pars eiusdem que fuit Henrici dicti Besson quia heredes eiusdem supportant onus census pro eodem ad presens racione guerencie ferende. Item, undecim cupis vini mesure Morgie racione dictarum duarum posarum vinee ultimo limitatarum debitis, conversa moneta Gebennense ad Lausannensem videlicet singulo solido Gebennense ad quatuordecim denarios Lausannenses videlicet, undecim cupas vini seu musti bone et receptibilis ad mensuram Morgie per clos solvendo tempore vindemiarum seu in festo Beati Michaelis Arcangeli et unum capponem sufficientem et quatuor solidos et quatuor denarios cum obolo Lausannenses bone monete cursibilis in patria Vuaudi solvendo per eundem confitentem et suos eisdem dominis commendatario et suis annualiter et perpetue in manibus receptoris Brussini in festo Nativitatis Domini.

Item, confitetur tenere ad eisdem dominis extra tamen onus dicti homagii de bonis quondam Mermeti Evrardi ex empto jam alias in precedenti extenta intrato et exhibito dimidiam posam terre sitam en la Mossieriz videlicet subtus la Mossieriz juxta terram Petri Benedicti a borea, terram eiusdem confitentis a vento, affrontat vie publice a juria, et terre eiusdem confitentis quam tenet Anthonius de Combis a lacu.

73v Item, de bonis et recognicione quondam Perreti Fonjallaz ex adquisito alias facto ab Anthonio Fonjallaz constante instrumento dicti acquisiti sub tamen reacheto in presenti extenta exhibito et laudato videlicet unam posam cum dimidia terre sitam en la Perrousez juxta vigultum Ludovici Prodon a vento, terram Petri Benedicti a borea, affrontat strate a juria, et terre Anthonii de Combis seu prato domini de la Mossieriz a lacu, onus autem census supportat pro eo Nicolletus Mentonex racione reacheti, witnesses Nobilis Johannes de la Toyl et Providus

Anthonium de Combis, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens. Followed by additional notation : « Preterea tenet et se tenere confitetur dictus Nobilis Hugoninus de Gland recognoscens a Reverendo et Illustri Domino Michael de Sabaudia commenatario moderno et a conventu Romanimonasterii predicti nomine quo supra sub onere dicti homagii ligii et censu ac aliis infrascriptis unam posam vinee sitam in vinoblio de Vinsel loco dicto eis Chapponyeres juxta vineam heredum Anselmi Besson quam nunc tenet Johannes dou Max a vento, vineam capelle Sancte Catherine Virginis in Romanimonasterii fundate a borea, vineam dicti Johannis dou Max a juria, et quandam semitam a lacu, quam alias tenebat Nobilis Ysabella uxor Johannis Costabloz de Orba et recognovit in manibus Jaquemardi, et quam tenet ex donacione testamentaria eidem confitenti facta ut dicit et sibi in presenti recognicione confirmata sub annuo censu cum directo dominio unius quarteroni boni et receptibilis frumenti mesure Nividuni et octo denariis Gebennensibus que valent decem denariis cum picte modicum plus ut supra solvendo, 04 may 1501, witnesses Glaudius Trot (Crot ?), Dionisius Mosserat, et Jacobus Gleriz, with signature and small paraphe of Pollens.

75 Nobilis Petrus de Sonarclens (=de Senarclens) de Dulicio residens in Brussino tutorio et administratorio nominibus liberorum suorum et Roleta defuncta uxore sua succeptorum et eciam usufructuarius in bonis dicte quondam Rolete, 05 jun 1497, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Brussino alias et ultimate in manibus Petri Jaquemardi quondam commissarii dictarum ~~dicte quondam Rolete et Guilliemi, et quas~~ extentarum recognitas per Guillierrum Mistralis quondam patrem dicte quondam Rolete, et pridem in manibus Foresii per Oliverium Mistralis patrem dicti quondam Guilliemi, et quas ipsi liberi sui velut proprietarii tenent ex successione dicte eorum matris, et que antiquitus fuerunt Nycolay Benedicti et parciuntur cum Nobili Petro Beney,

75v Et primo, domum suam cum casale, edificiiis, grangia, pertinenciis, ortis, et curtinis contiguas sitam in villa Brussini inclusa dicta grangia que fuit antiquitus de bonis Johannis Rossiez, et jam dudum acquisita prout in precedentibus extensis fit mencio, juxta domum dicti Petri Benedicti cum qua fuit antiquitus partita a juria, viam publicam a vento et lacu, domum Hugonini de Gland domicelli a parte ortus solis, et pertinencias domus Ludovici Prodon et fratrum suorum ac Petri Gleriz a parte boree, et quandam plateam communem inter eos confitentem et Petrum Benedicti eciam a borea.

Item, unam posam terre sitam subtus Brussinum loco dicto ou Chanoz subtus pratum de Cruce juxta terram eiusdem Petri de Sonarclens que fuit Francisci et Johannis de Sauvernyer et pridem Francisci Vivent a borea, terram eiusdem Sonarclens que fuit Glaudii de Subtusecclesiam a vento, affrontat strate publice a juria, et commune a lacu.

Item, medietatem divisam cum dicto Petro Benedicti decem posarum terre sitarum in Comba de Besoulues ? ad nemus reversarum juxta partem dicti Petri Benedicti earundem a parte jurie, nemus domini de Mont a parte (should be *partibus*) lacus et boree, et nemus Glaudii de Subtusecclesiam et Nicodi Mosserat quod fuit Dionisii Brent a vento.

Item, medietatem cum dicto Petro Benedicti quatuor cuparum frumenti et trium cuparum avene annue pensionis sibi debitarum per Guillierrum de Claren filium quondam Petri de Claren et Petrum de Claren filium quondam Glaudii de Claren de Saral super certis rebus et

possessionibus sitis in confinio de Espinoux supra Brussinum et ibi certa infrascriptas jam dudum pro tanto accensatis,

Et primo sex posis terre sitis en Nerines alias en Espinoux juxta terram liberorum Petri Grojehan a lacu, terram Perrenete Reis de Bignyn a juria, affrontat vie publice a vento, et terre dicti Guilliermi de Clarens a borea.

76 Item, duabus posis terre sitis ibidem de super en Champ Roncin juxta viam publicam a vento, terram heredum Girardi Day a borea, affrontat terre dicti de Claren et Sebastiani Fabri a juria, et terre seu prato Stephani Reymond et dicti de Claren a parte lacus.

Item, quatuor posis terre sitis en Espinoux supra Corberes juxta terram Stephani Reymond a parte lacus, nemus et pratum dictorum de Claren a juria, et affrontat terre Amedei et Henrici Vuilliermi ? a vento.

Item, una falquata prati sita en Nerines supra nemus de Corberres juxta viam publicam a vento, terram dictorum de Claren a juria et lacu, et terram Johannis de Compeis a borea.

Item, duabus posis terre sitis en Nerines supra Fillivoux juxta tactam Francisci Coctoz a juria, terram et nemus dicti Johannis de Compeis a lacu, nemus dicti confitentis et Petri Benedicti a borea, et terram supra limitatam a vento.

Item, una posa terre sita en Espinoux juxta pratum ipsorum de Claren a borea, et tactas vacantes ex aliis partibus.

Item, una posa terre sita en Nerines alias en Fillivoux juxta terram seu nemus Ludovici Prodou quod fuit a Loriol a lacu, terram dictorum de Claren ? a vento et juria, et viam dou Berdeoux a borea.

Item, certam partem viginti solidorum, unius poti olei, et unius capponis annue pensionis sibi dicto confitenti debitorum per Colletum Mentonex bonatenemtem quondam Anthonii Fonjallaz pro certis rebus sibi pro tanto accensatis que omnes sunt de alieno feudo excepta una falquata prati sita en Pra Roge alias en Marest Vuilliet juxta pratum ecclesie Brussini a vento seu juria, pratum quondam Johannis de Puteo a vento, pratum heredum Perrodi Besson a borea, et tactam dicti confitentis a lacu, quam tamen tenet Stephanus Reymondi in vadio.

76v Item, unam falquatam cum dimidia prati sitam en Ravachaulx juxta pratum Johannis de Compeis a borea, pratum heredum Henrici Besson a vento, pascuam communem a juria, et pratum Petri Calliat quod fuit Johannis de Puteo de Tartignye a lacu.

Item, dimidiam posam terre sitam eis Condemines subtus Gillier juxta terram dicti confitentis infralimitam a vento, borea, et juria, et affrontat prato Stephani Montero a lacu.

Item, unum pratum situm supra villam Brussini retro domum ipsius confitentis loco dicto ou Marest de Chinault continens octo falquatas prati vel circa inclusa certa parte videlicet dimidia falquata prati et plus que fuit de bonis et recognicione Aymonete Bergiere uxoris Jaqueti

Gascon [junioris] ex adquisito per Petrum de Sonarclens facto a Johanne Reys et Johanneta eius uxore filia dicte Aymonete sub tamen reacheto precio sexdecim florenorum constante instrumento dicti acquisiti in presenti extenta exhibito et laudato et est a parte (should be *partibus*) boree et occidentis seu jurie.

Item, eciam inclusa certa parte a parte (should be *partibus*) boree et lacus que fuit de bonis et recognicione quondam Mermeti Prodon ex adquisito per quem supra facto a dictis Prodon mediate certo excambio inter ipsos facto de eadem parte ad certam castanerariam que dicitur non moveri de presenti feudo constate instrumento dicti excambii eciam in presenti exhibito per eundem confitentem et sibi per dominum in presenti extenta confirmato et laudato juxta viam publicam tendentem ad nemora a borea, clausum Petri Gascon sartoris de Chinaulx et clausum Petri Benedicti et quandam plateam communem inter ipsos confitentem et dictum Petrum Benedicti a vento, pratum Petri Gascon alias Bergier (thus the son of Jaquetus Gascon junior) et viam publicam tendentem ad nemoria a juria, et quandam semitam et clausum dicti Petri Benedicti et dictam plateam a parte lacus, et quod pratum fuit in diversis particulis in precedentibus extensis recognitis.

77 Item, circa dimidiam posam terre sitam subtus Gillier videlicet subtus Liserabloz juxta terram Petri Benedicti a vento, terram eiusdem confitentis infralimitatam a borea, affrontat strate a juria, et prato eiusdem confitentis a lacu.

Item, ibidem unam peciam terre que fuit de bonis quondam Girardi Bastardi juxta terram proxime limitatam a vento, et terram infralimitatam a borea, affrontat strate publice a juria, et prato Anthonii de Villanova a lacu.

Item, ibidem contigue unam posam terre que fuit de bonis Perreti Gringet juxta terram dicti confitentis prelimitatam a vento, terram eiusdem confitentis eciam supralimitatam a borea, affrontat strate publice a juria, et prato Stephani Montero a lacu.

Item, en la Folliousaz unam peciam nemoris partitam cum dicto Benedicti continentem tres posas juxta partem dicti Petri Benedicti a borea, terram et tactam ipsius confitentis et dicti Petri Benedicti et Johannis de Compesio a vento, nemus dicti Johannis de Compesio a juria, et viam publicam tendentem a loco d'Espinoux en Folliousaz a lacu.

Item, sex denarios Lausannenses et unam gallinam sibi debitos de pensione annuali per Petrum Gascon juniorum (meaning Petrus Gascon son of Jaquetus Gascon junior) de et super una posa cum dimidia terre ad pratum reversa sitam en la Maulivaz ? (written *malivaz* or *malinaz*, with an abbreviation mark over the first *a*, suggesting a reading of Marlivaz or Manlivaz, if the abbreviation mark is used in the traditional way) juxta pascuam communem a borea, juria, et lacu, et pratum Stephani Reymondi a vento.

Item, duodecim denarios Lausannenses et unam gallinam sibi debitos de pensione annuali per eundem Petrum Gascon juniorem de et super uno casali domus sito in villa Brussini quod antiquitus fuisse reperitur Girardi de Mussier alias de Beaulper et Hugoneti de Beaulper alias Pellatie et ochia retro contigua juxta casale et ochiam eiusdem Petri Gascon quod fuit Johannis

Maczon a vento, ochiam pratinam quam tenet curatus Brussini de bonis Fonjallati a borea, affrontat carrerie a parte lacus, et ochiam seu domum Colleti Baulx a iuria.

77v Item, duodecim denarios Lausannenses sibi debitos de pensione per annum per Nicodum Galliardi de Verney de et super dimidia falquata prati sita in clauso eiusdem Nicodi retro domum suam juxta pratum eiudem Nicodi de dicto clauso a borea et vento, carreriam de Verney ex lacu, et aquam Dulive a iuria.

Item, unum quarteronum frumenti et unum denarium Lausannensem de pensione annuali sibi debitos per eundem Nicodum Galliard de et super dimidia posa terre sita et inclusa in campo eiusdem Nicodi appellato dou Baptioux juxta aquam Dulive a vento, communem a iuria, ochiam dicti Nicodi a lacu, et residuum dicti campi a borea.

Item, sex denarios Lausannenses sibi debitos per Petrum Palioz alias Besson de Dulicio de et super uno morcello terre sito apud Verney juxta terram que fuit quondam Humberti Caliat a lacu, et terram eiusdem Petri Besson et Nicodi Mugneron a iuria.

Item, dimidiam falquatam prati sitam en Ravachaulx juxta pratum Johannis de Compeis a vento, pratum Anthonii de Combis a borea, pratum Domini Johannis de Compeis a iuria, et pratum dicti confitentis a lacu.

Item, unam ochiam sitam en Borgesam que est in clausum juxta ochiam seu ortum Mermeti Tilliot a borea, ochiam eiusdem Petri de Sonarclens quam tenet in vadio de bonis Girardi Boson a vento, affrontat vie publice a lacu, et prato Ludovici Probi a iuria.

Item, duos solidos et quatuor denarios Lausannenses et unam gallinam et quinque solidos annue pensionis sibi debitos per Jacobum Gleriz bonatenentem quondam Girardi Millicard de et super una particula clausi sui siti subtus et retro domum dicti Jacobi tangente domum seu ochiam eiusdem Jacobi a iuria, viam publicam a lacu, viam a borea, et residuum dicti clausi eiusdem Jacobi a vento.

Item, tres solidos annue pensionis sibi debitos per Perretum Warinet bonatenentem Francisci Gabard de et super rebus sequentes,

Et primo, super duabus posis terre sitis in Ravachaulx juxta terram eiusdem confitentis a iuria, pascuam de Luyn a vento, pratum Hugonini de Gland a borea, et terram heredum Mermeti Evrardi a lacu.

Item, una posa terre sita en Curchamp juxta terram ipsorum Mistralis a iuria, viam tendentem ad Dulicium a lacu, terram quondam Johannis Maczon quam tenet Petrus Gascon a borea, et terram Nicodi Galliard que fuit Humberti Calliat a vento.

Item, unam posam terre sitam subtus Pratum de Cruce quit (=que fuit ?) antiquitus de bonis Oriol juxta terram eis Prodon a borea, terram Petri Benedicti a vento, affrontat strate publice a iuria, et pascue communi a lacu.

Item, ibidem unam fortem dimidiam posam terre que fuit de eiusdem Oriol bonis juxta terram eiusdem Petri Benedicti a vento, terram dicti confitentis a borea, affrontat strate a juria, et pascue a lacu, quamvis tamen curatus Brussini ad presens teneat ad libitum in assertum cuiusdem legati sexaginta solidorum annualium pro una missa ebdomadali ut dicit idem confitens.

Item, ibidem prope subtus Pratum de Cruce unam posam cum dimidia terre que fuit antiquitus de bonis Glaudii de Subtusecclesiam juxta terram eiusdem confitentis in principio huius recognicionis limitatam a borea, terram eiusdem confitentis a vento, affrontat strate publice a juria, et communi a lacu.

78v Item, circa unam falquatam cum dimidia prati sitam en la Mossieriz alias en la Perrousaz juxta terram Hugonini de Gland a borea, vineam curati Brussini a vento, vineam Francisci Coctoz et pratum Ludovici Prodon a juria, et pratum domini a lacu, et rivum de Merdasson a vento eciam, et pro premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur pro se et suis eisdem dominis comendatario et conventui et suis successoribus, inclusis omnibus quantitibus et particulis in precedentibus extensis descriptis ad unam quantitatem, videlicet primo duobus quarteronis cum dimidio quarterono frumenti, duobus solidis et novem denariis Lausannensibus et octo solidis et septem denariis Gebennensibus pro certis dictis rebus in principio limitatis, quatuor solidis Gebennensibus pro certis aliis subsequentibus rebus videlicet dictis pensionibus et dimidia falquata prati de Ravachaul. Item, aliis quatuor solidis Gebennensibus pro dicta ochia clausi de Borgesan, duodecim denariis Lausannensibus pro dicta grangia sua que fuit antiquitus Johannis Rossiez, et duobus quartis frumenti pro dictis terris que fuerunt dicti Oriol quas tenet dictus curatus Brussini, et non comprehenduntur sub dictis censibus certe res puta hec ? que sunt ad reachetum necnon particula prati dou Marest de Chinaulx que fuit dictorum Prodon qui ipsi supportant pro eo ad presens onus census ratione guerencie unde hic nichil, conversa moneta Gebennense ad Lausannensem singuo (=singulo) videlicet solido Gebennense ad quatuordecim denarios Lausannenses videlicet quatuor quarteronos cum dimidio frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni et viginti tres solidos et unum denarium cum obolo Lausannenses bone monete cursibilis in Vuaudo solvendo per eundem confitentis eisdem dominis commendatario et conventui.

79 Item magis, tenet et se tenere confitetur dictus Petrus de Sonarclens recognoscens ut supra ab eisdem dominis de bonis et recognicione quondam Girardi Boson ex empto per eum facto sub reacheto a Colleta Baul eius genero precio quatuor florenorum ut dicit constante instrumento in presenti extenta exhibito et laudato unam ochiam sitam en Borgesan continentem duas Fossieratas si coleretur juxta gerdile Anthonii Evrardi a vento, gerdile eiusdem dicte confitentis prelimitatum a borea, ochiam Ludovici Probi a juria, et viam publicam a lacu, onus autem census supportat ad presens pro eodem Petro recognoscente dictus Colletus Baul ratione reacheti.

Item magis, de bonis quondam Perreti Fonjallaz et de recognicione quondam Guilliemi de Gland ex adquisito ut supra facto ab Anthonio Fonjallaz sub tamen reacheto constante instrumento in presenti extenta laudato et exhibito dimidiam posam terre sitam subtus Liserabloz juxta terram eiusdem confitentis que fuit Guilliemi Mistralis a vento, terram Ludovici Probi a borea, affrontat strate a juria, et prato Fabrorum de Bignyn a lacu, onus autem census supportat ad presens pro eo Colletus Mentonex ratione reacheti, witnesses Nicodus Villico de Arnex,

Providus vir Guilliermus Berardi clericus, et Glaudius Carra de Romanimonasterii necnon Johannes Burin de Brussino et Johannes Mugnerii de Luyn, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

80v Petrus Gascon sartor de Brussino residens en Chinaulx filius quondam Jaqueti Gascon et Aymonete de Canali, 31 jan 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Brussino alias ultimate in manibus Petri Jaquemardi recognitas per dictos Jaquetum Gascon et Aymonetam de Canali eius parentes, et pridem in extenta Foresii per eandem Aymonetam et Perrodum Regis de Canali filium quondam Peroneti Regis de Canali de Brussino, et quas dictus confitens tenet ex successione legitima dictorum suorum parentum et dicti sui parentes ex titulis jam in precedentibus extentis prenominais designatis, et quequidem res quamvis in dicta ultima extenta Jaquemardi reperiantur in diversis particulis specificate hic tamen tamquam de omnibus ipsis veridice informatis pro utiliori expedicione recognoscit specificat et declarat ut sequitur,

81 Et primo, domum ipsius confitentis quam inhabitat sitam in villa Brussini cum casali, plateis, et curtinis eiusdem et uno vigulto retro et supra contiguo continente circa unam falquatam prati incluso uno parvo morcello ex eodem vigulto supra a parte venti qui fuisse reperitur predecessoribus suis accensatus per predecessores dictorum Grojehan, et uno alio morcello ibidem contiguo qui fuisse reperitur eciam accensatus per Mermetum Evrardi prout in precedentibus extentis fit mencio, juxta ochiam seu vigultum Johannis de Sauvernaico et pratum seu vigultum ipsius confitentis seu vigultum Petri de Sonarclens a parte lacus, pratum eiusdem Sonarclens a borea, vineam et terram eiusdem confitentis infralimitatum a juria, et viam publicam et ochiam eis Grojehan a vento, super quo morcello prius incluso solvit etolvere solet liberis Petri Grojehan quatuor denarios Lausannenses, et super secundo morcello incluso solvit etolvere solet Anthonio Evrardi de Lausanna decem octo denarios Lausannenses de pensione annuali.

Item, ibidem supra unam peciam terre et vinee continentem circa unam posam videlicet dimidiam vinee et totidem terre arabilis inclusa certa prate continente duas fosseratas a parte boree que fuit de bonis et recognicione Petri Ferrachon alias Prodon sibi dicto confitenti excambiata per Franciscum Coctoz bonatenentem bonorum et homagii dicti Forrachon et eidem in presenti extenta laudata inclusa eciam certa alias parte a parte venti et jurie que fuit de bonis et recognicione Guilliermi Evrardi jam dudum suis predecessoribus accensata prout in precedentibus extentis fit mencio juxta dictum vigultum ipsius confitentis et ochiam dictorum Grojehan a lacu, viam publicam a vento, viam eciam publicam a juria, et pratum Petri de Sonarclens a borea, super qua parte inclusa que fuit de bonis et recognicione Evrardi solvit etolvere solet dicto Anthonio Evrardi unum bichetum frumenti et unum capponem seu unam bonam gallinam de pensione annuali.

81v Item, ibidem supra unam posam terre juxta viam publicam tendentem ad Brictignye a lacu, castaneariam Anthonii Evrardi a juria, affrontat vie de Crousaz a vento, et nemori heredum Henrici Besson a borea.

Item, unum morcellum clausi sitam subtus domum suam predictam continentem quartum unius falquate juxta vigultum eiusdem confitentis prelimitatem a iuria, vigultum Johannis de Sauverniaco a vento, vigultum Petri Benedicti a lacu, et pratum Petri de Sonarclens a borea.

Item, unam posam nemoris sitam en Chastillion juxta valles Brussini a borea, nemus Perreti Warinet quod fuit Francisci Gabard a vento, nemus Anthonii Evrardi a lacu, et nemus Francisci Coctoz a iuria.

Item, quasdam planchias et exerta sitas en la Valletaz continentem duas posas juxta nemus Ludovici Prodon quod fuit dicti Oriol a borea, nemus Mermeti et Johannis Grojehan quod fuit Anthonii Evrardi a vento, terram heredum dicte Oriolaz a iuria, et nemus heredum Henrici Besson a lacu.

Item, unam planchiam sitam ibidem juxta nemus dictorum Grojehan a iuria et vento, nemus Johannis de Compesio a borea, et nemus heredum Henrici Besson a lacu.

Item, tres posas exterti sitas subtus Espinoux juxta terram dicti confitentis a vento, nemus et geniperiam eis Grojehan quod fuit Evrardi a borea, et quandam viam a iuria.

Item, duas posas terre seu tacte sitas en Vullybrondaz juxta tactam Ludovici Prodon a lacu, terram Anthonii de Combis a iuria, nemus Hugonini de Gland a vento, et viam de Vullibrondaz a borea.

82 Item, circa quinque posas nemoris sitas en Fillivoux juxta nemus dictorum Grojehan a vento, nemus Francisci Coctoz et heredum Henrici Besson a borea. viam de Corberes a lacu, et nemus prelimitatum a iuria.

Item, unam planchiam sitam en la Valletaz juxta planchiam eis Grojehan a iuria et vento, nemus Johannis de Compesio a borea, et nemus heredum Henrici Besson a lacu.

Item, unum morcellum prati continentem circa duas partes unius falquate prati site en Pra Rojoz que antiquitus fuit Guilliermi Maczon juxta pascuam a vento et iuria, pratum ecclesie Brussini a borea, et pratum ecclesie dee Gillier a lacu.

Item, en Ravachaul duas posas terre que fuerunt antiquitus Johannodi Baulx juxta terram Mermeti de Tillia que fuit Clavel a vento, terram Aymoneti Marchiand quondam seu Johannis dou Max que fuit Nicodi Galliard a borea, affrontat vie publice a lacu, et pascue communi a iuria.

Item, en Luvinex unam posam terre juxta terram eis Grojehan a lacu, terram Glaudii Boson a iuria, affrontat terre Petri Tissot a vento, et terre Petri et Amedie dictorum Thomasseti de Albona a borea.

Item, medietatem cum Ludovico Probi duarum falquatarum prati sitarum en Melleyr que antiquitus fuit Perreti Caliat juxta pratum Hugonini de Gland a lacu, pratum eiusdem confitentis

quod tenet in vadio de bonis Mermeti dicti Mugneron a vento, pratum Johannis de Compesio et Anthonii de Combis a iuria, et pratum Stephani dicti Montero a borea.

Item, unam posam terre vel circa sitam subtus Brussin juxta terram Johannis de Compesio a vento, terram Mermeti de Tillia quam tenet in vadio Colletus Mentonex a borea, affrontat strate publice a iuria, et communi a lacu.

82v Item, unam peciam terre que solebat esse vinea sitam subtus Gillier continentem circa dimidiam posam juxta vineam seu terram quam tenet Nicolletus dou Russel alias Bastier ab abbacia Lacusjuriensis a vento, terrem Glaudii Boson de Gillier quam tenet in vadio a liberis Jaqueti Gascon alias Bergier a borea, affrontat strate publice a iuria, et terre eis Grojehan a lacu, et pro rebus premissis omnibus et singulis debere confitetur dictus recognoscens pro se et suis prefatis dominis commendatario et conventui et suis quibus supra ultra onus dicti homagii inclusa una cupa frumenti mesure Nividuni et quinque solidis et octo denariis Gebennensibus pro domo et aliis rebus prelimitatis et quinque posis nemoris sitis en Espinoux quas tenet Stephanus Reymondi de Vinsel et pro quo vult et tenetur supportare acque supportat ad presens onus census que fuerunt de antico tenemento dictorum de Chinaul alias Regis (evidently referring to those cited elsewhere in this volume as *Regis de Chinaul*), duobus quarteronis frumenti dicte mesure pro dicta posa de Luviney, duobus bichetis frumenti Albone mesure pro dicta medietate prati de Melleyr et una posa terre sita ou Fossaux et dimidia posa juxta molendinum de Verney que fuerunt dicti Calliat et quas tenet dictus Nicodus Galiard monnerius de Verney et pro quo prout predecessores eius voluerunt ac tenetur ad presens supportare onus census, et sex denariis Lausannensibus jam alias in precedenti exenta impositis pro sufferta et adunacione (from Late Latin *adunare*, to unite or combine) perpetua homagii dicti quondam Aymoneti Regis alias de Chinaulx eo quod res fuerunt jam pridem partite ad invicem, conversis denariis Gebennensibus ad Lausannenses duodecim vicelicet denariis Gebennensibus a quatuor decim denarios Lausannenses videlicet sex quarteronos boni et receptibilis frumenti ad mensuram Nividuni, unam cupam talis frumenti ad mensuram Albone, et septem solidos unum denarium cum obolo Lausannenses de censu et servicio annuali solvendo per eundem confitentem et suos prefatis dominis et suis annualiter et perpetue in crastino Nativitatis Domini.

83 Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de demanio dicti castri Brussini ex abbergamento perpetuo sibi per Venerabiliem virum Fratrem Glaudium Michaudi modernum vicarium et admodiatarium dicti Romanimonasterii et conventum ipsius loci facto constante instrumento dicti abbergamenti per me dictum commissarium recepto 25 apr 1489 sigillis eiusdem prioratus et conventus sigillato et in presenti extenta exhibito unam posam vinee sitam in fine clausi appellatam la Domp Vuilliemaz juxta vineam quam colit Colletus Baul de ipso demanio a borea, vineam Ludovocdi dicti Prodon que fuit a Loriol a vento, affrontat semite tendenti ad Vinsel a lacu, et vinee ecclesie Brussini a iuria, tenet inquam eandem vineam ad tercium tocius vini crescentis in eadem per annum quodquidem tercium debet parti in vinea et deinde ipsum tercium afferri per eundem confitentem suis expensis ad torcular Brussini, et debet significari vindemiario per unam diem ante nec aliquo modo debet vindemiari nisi presente mencio domini aut saltem vocato.

Item, tenetur ex tenore dicti abbergamenti eandem vineam extirpare et lapides et spinas evellere ipsamque colere propagare fodire et facere bene et decenter ad dictum viticolarum reliquis duabus partibus eidem confitenti remanentibus pro suis pena et labore.

Item, magis tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis et recognicione quondam Dominum Aymonis Monodi et Jaquemeti relicte Guilliemi Rolini ? ex accensamento per Petrum Monodi de Romanomonasterio sibi facto constante instrumento dicti accensamenti per Anthonium de Combis recepto et signato 24 feb 1487 in presenti extenta laudato videlicet unam peciam terre que solebat esse vinea sitam in Treclo subtus Sanctum Vincentium continentem duas posas vel circa juxta terram curati de Brussino que ab invicem nomine dicte Roline (meaning Jaquemeta, widow of Guilliernus Rolini ?) fuit divisa a vento, terram eiusdem confitentis quam tenet ab eodem Aymoneti que dicitur non esse de hoc feudo a borea, affrontat carrerie de Gillier a iuria, et vie ou Merdasson a lacu, super quibus duabus posis et alia que est contigua continentem fere dimidiam posam vel circa solvit dicto Petro Monodi virtute dicti accensamenti quatuor quarteronos frumenti mesure Albone de pensione per annum et super eadem terra calumpniat confratria Brussini certam pensionem.

83v Item magis, de bonis et recognicione Nicodi dicti Galliard de Verney ex acquisito per eundem confitentem facto ab eodem Nicodo sub tamen reacheto precio sex librarum constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto 06 may 1474 et per fratrem Jacobum Gallerii tunc vicarium dicti Romanimonasterii manu Petri Chableti laudato et in presenti extenta exhibito unam posam cum dimidia terre sitam retro domum eiusdem Nicodi Galliard juxta terram eiusdem Nicodi Galiard a lacu, terram ipsius que fuit Warney a iuria, affrontat carrerie tendenti ad Verney a borea, et rivo de Marest Vuilliet a vento, onus aute census supportat dictus Nicodus Galliard racione dicti reacheti.

84 Item magis, de bonis quondam Johannis Maczon et ex recognicione quondam Stephani Benedicti ex acquisito per eundem confitentem a Stephano Montero causam habente in hac parte a Johanne Regis et Johanneta eius uxore filia quondam Jaqueti Gascon alias Bergier facto precio videlicet quatuor florenorum constante instrumento in presenti extenta exhibito et laudato circa dimidiam posam terram sitam eis Condemines subtus Gillier juxta terram Petri Gascon junioris cum qua partitur a vento, terram Mermeti Tilliot a borea, affrontat strate a lacu, et vie publice tendenti a villa Brussini ad Albonam a iuria, onus autem census supportat dictus Petrus Gascon junior racione reacheti,

84v Item magis, de bonis et recognicione Johannete filie Mermeti Mugneron ex acquisito sub reacheto per eundem confitentem facto precio quatuor florenorum parviponderis a liberis dicti Mugneron constante instrumento in presenti extenta exhibito et laudato videlicet unam falquatam prati sitam en Melley juxta terram Anthonii Evrardi a iuria, pratum Johannis de Dulicio seu quondam Stephani Vuarney a lacu, pratum Vuarinet a vento, et pratum Johannis dou Max quod fuit Gaulteyr a borea.

Item, ex eodem acquisito de bonis et recognicione Mermeti Mugneron dimidiam falquatam prati sitam ibidem juxta pratum dicti Johannis dou Maz a vento, pratum ipsius confitentis prelimitatum a borea, terram dicti Anthonii Evrardi a iuria, et pratum Hugonini de Gland a lacu, onus autem census supportant ad presens dicti Mugneron racione reacheti,

witnesses Discretus vir Dominus Johanne Guilliocci curatus Brussini et Nobilis Petrus de Sonarclens, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

85 Nobilis Johannes de Sauvernier domicellus residens in Cossonay filius quondam Nobilis Glaudii de Sauverniaco de Versoye, 26 nov 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Brussino alias et ultimate in manibus et extente Jaquemardi recognitas per personas infrascriptas, et quas tenet ex titulis inferius particulariter designatis,

Et primo, de bonis alias ubi supra recognitis per Johannem filium quondam Amedei Chappuis alias Hugonini ? de Brussino, res sequentes quas tenet titulo cessionis sibi dicto confitenti et quondam Petro de Sauverniaco eius cognato facte per Johannem de Parvoconsilio causam habentem in hac parte ab eodem Johanne Chappuis virtute certe vendicionis constantibus licteris dicte vendicionis per Anthonium de Migerand recepta data 15 feb 1464 et dicte cessionis per Johannem de Lanfrey recepta data 29 dec 1465 (presumably Style of the Nativity, so 29 dec 1464 by modern reckoning) per Venerabilem Fratrem Gladius de Livrone tunc admodiatarium Romanimonasterii manu eiusdem Johannis Lanfrey 04 sep 1477 laudate ac ipsi insolidum in presenti extenta post obitum dicti Petri laudata, domum eiusdem sitam in villa Brussini en Chinaul cum casali, edifficiis, et quodam orto ac pertinenciis suis tam retro quam subtus et ante contiguus, juxta domum et ochiam liberorum Petri Grojehan ab occidente seu juria, clausum domini a vento et lacu, et carreriam publicam a borea.

85v Item, ibidem ultra viam unum clausum continens circa dimidiam falquatam juxta domum [et ?] pertinencias ? Petri Gascon a juria, clausum Petri Beney quod fuit Petri Gaulteyr a lacu, carreriam publicam a vento, et clausum dicti Petri Gascon a borea, pro quibus domo et ochia seu clauso debere confitetur pro se et suis predictis eisdem dominis et suis inclusis novem solidis pro dicta domo et pertinenciis, et quinque solidis et uno cappone pro dicto morcello clausi, videlicet quatuordecim solidis Lausannensibus bone monete et unum capponem de censu annuali solvendos.

Item magis, sub eodem homagio et censu infrascripto de bonis alias recognitis in manibus Jaquemardi per Johannem de Sauvernyer ex donacione sibi et quondam Petro de Sauvernyaco eius cognato facte per Venerabilem Dominum Petrum de Sauverniaco causam habentem in hac parte ab eodem Johanne de Sauverniaco constante instrumento dicte donacionis per Johannem de Lanfrey recepto dato 31 aug 1479 in presenti extenta sibi tam pro ipsa donacione quam acquisitis per ipsum ut asserit factis a dicto eius cognato laudatis unum peciam terre sitam en Milluen alias en Berroches continentem duas posas cum dimidia terre et prati que pridem et antiquitus fuerunt Petri Galliard de Verney juxta iter et stratam publicam a juria, pascuam communem a lacu et borea, et affrontat terre eiusdem confitenti quam asserit fore de eius puro allodio a vento, pro qua debere confitetur ut supra sex solidos Lausannenses bone monete.

86 Item, de eiusdem Johannis de Sauvernyer bonis seu recognicione tres posas terre sitas subtus Brussin et que pridem fuerunt Aymoneti Marchiand et per presens Perreti Fonjallaz in duabus peciis, quas tenet virtute dicte donacionis sibi ut prefertur facte et post quem Petrum eius cognatum asserit causam habere et fore ipsius successorem in predictis et sequentibus rebus et que donacio et res sibi sunt in presenti extenta laudate, quarum una pecia continens unam posam cum dimidia sita est subtus magnam stratam juxta terram ecclesie Brussini a borea, terram

eiusdem ecclesie que fuit Perreti Gringet a vento, affrontat strate publice a iuria, et communi a lacu, alias est ibidem supra stratam continens unam posam cum dimidia juxta terram Johannis de Compeis et quendam ortum Anthonii de Combis a vento, pratum domini de Cruce et recordum Anthonii Evrardi et liberorum Jaqueti Gascon a borea, affrontat strate publice ex lacu, et vie publice tendenti per ante domum Mermeti Tillio a iuria, ex ipsa tamen Franciscus Coctoz tenet unum modicum in ortum ex suo antico homagio, et ex ipsa certa pars alia includitur a parte venti continens unam fosseratam de bonis antiquis Glaudii de Subtusecclesiam, super qua percipit et percipere solet Johannes de Compeis quatuordecim denarios de pensione annuali, pro quibus rebus videlicet tribus posis terre debere confitetur ut supra inclusis sex denariis Gebennensibus occasione prime pecie et quinque solidis Gebennensibus occasione secunde pecie, reductis et computatis quolibet grosso seu solido Gebennense ad quatuordecim denarios Lausannenses, videlicet sex solidos et quinque denarios Lausannenses bone monete de censu ut supra solvendos.

86v Item, de eisdem bonis et recognicione Johannis de Sauvernyer ex donacione predicta sibi facta per Fratrum Petrum de Sauvernyaco causam habentem ex successione suorum predecessorum in rebus infrascriptis constante instrumento dicte donacionis per quem supra recepto, res sequentes sitas in confinio subtus Vinsel videlicet,

Primo, unum morcellum prati continentem unam falquatam situm loco dicto subtus Vinsel juxta pratum Johannis de Romanomonasterio (in the next item, he is apparently called Johannes Maioris de Romanomonasterio) et Johannis Bertet a borea, vineam eiusdem Johannis de Romanomonasterio a iuria, et pratum Sebastiani Fabri de Bignyn a lacu.

Item, ibidem prope subtus Vinsel unam falquatam prati juxta pratum dicti Johannis Maioris de Romanomonasterio a vento et iuria, pratum quondam Glaudii Calliat a borea, et pratum dicti Sebastiani Fabri de Bignyn a lacu, tenet inquam sub onere census per Johannem de Compesio recogniti quousque oneratus extiterit in deffectu dicti Johannis de Compeis vel suorum.

Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis et recognicione quondam Henrici Besson de Brussino ex adquisito sub reacheto a Mia filia dicti Henrici Besson uxoris Aymoneti Burrico facto constante instrumento per Anthonium de Combis recepto precio videlicet sex florenorum parviponderis exhibito et sibi in presenti extenta laudato videlicet dimidiam posam vinee et mareschii sitam en Lengollioux juxta vineam Johannis de Lanfrey a borea, rivum de Lengollioux a vento, semitam de Vinsel a lacu, et vineam quam tenet Franciscus Coctoz a Johanne de Compeis a iuria, onus autem census supportat Johannes Grojehan tenens bonis dicti quondam Henrici Besson racione reacheti perpetui sibi spectantis in eadem, witnesses Religiosus et Venerabilis viri Frater Glaudius Michaudi modernus vicarius et admodiarius eiusdem Romanimonasterii et Fratres Glaudius de Livrone prior de Benex, Aymo Maioris decanus Romanimonasterii, et Johannes Richardi clericus de Balmis, with ratificaion by the said Frater Glaudius Michaudi modernus vicarius et admodiarius as of the same date, and with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

88v Mermetus et Johannes liberi quondam Petri Gaulterii alias Grosjohan de Brussino residentes en Chinaul, 02 may 1489 (anno et indicione quibus supra), res et possessiones

sequentes sitas et jacentes in villa et confinio Brussini alias ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per dictum quondam Petrum Gaulteyr, et pridem in manibus et extenta Foresii per Jaqueminum et alios liberos Johannis Gaulteyr, et per prius in *extenta Mermodi* (see Fi 30, fol. 15, Nicholeta filia quondam Perreti de Grens nata ex Jaqueta eius uxori filia quondam Vuilliermi de Chynaul, de consensu Johannis Grand ? Gauterii viri sui, 10 jan 1418) per Nicolletam uxorem dicti Johannis Gaulteyr filiam Perreti de Gren et Jaquete filie Vuilliermi de Chinaul, et quem res parciuntur cum Anthonio Evrardi in certa parte, et quas dicti confitentes tenent conjunctim ex successione legitima dicti eorum patris, et licet in precedentibus extentis ipse res fuerunt in diversis particulis recognite hic tamen tamquam de omnibus veridice edocte pro breviori et facili expedicione recognoscunt specificant et declarant ut sequentur,

89 Et primo, domum ipsorum confitencium quam inhabitant sitam in villa Brussini en Chinaul cum casali, plateis, et pertinenciis eidem contiguis tam subtus quam supra et retro continentibus fere dimidiam posam juxta domum Johannis de Sauvernyer a lacu, vineam eorundem confitencium a juria, affrontat carriere publice a borea, et clauso domini a vento.

Item, ibidem unum morcellum vinee, terre, et prati continentem duas posas cum dimidia vinee et unam posam terre et duas falquatas prati inclusa certa parte eiusdem que fuit de bonis et recognicione Henrici Besson jam dudum per dictum eorum patrem acquisita a Mia filia dicti Henrici uxore Aymoneti Burrico constante instrumento dicti acquisiti per Stephanum Cuvit recepto 02 may 1475 et per Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex vicarium dicti Romanimonasterii 28 may 1478 manu Petri Chableti laudato in presenti extenta exhibito, et certa alias parte continente dimidiam posam de demanio domini videlicet de clauso in tactam remanente et sibi in presenti extenta per Venerabilem virum Fratrem Glaudium Michaudi vicarium et admodiatarium modernum dicti Romanimonasterii et conventum eiusdem loci accensata constante instrumento dicti accensamenti per me dictum commissarium recepto 25 apr 1489, juxta clausum domini a lacu, viam publicam a borea, et viam seu commune a juria et vento.

Item, dimidiam posam ochie sitam supra Chie (=Chez) Gascon juxta ochiam seu clausum Petri Gascon a borea, vineam eiusdem Gascon a juria, pertinencias domus Petri Gascon a lacu, et viam publicam de Crousaz a vento.

Item, loco dicto en Chastillion quatuor posas nemoris seu castanearie juxta nemus Anthonii Evrardi cum quo partitur a lacu, nemus eiusdem Evrardi a juria, carreriam dou Berdeoux a vento, et nemus domini de Mont a borea.

89v Item, ibidem unam posam nemoris sitam loco dicto en la Troppaz juxta nemus eiusdem Evrardi a juria, nemus Stephani de Gland a borea, nemus heredum Henrici Besson a lacu, et nemus heredum Jaqueti dicti Gascon alias Bergier a vento.

Item, en la Valletaz unam posam cum dimidia nemoris seu castanearie inclusa certa parte que fuit de bonis et recognicione Johannis bastardi Henrici Besson ex acquisito per dictum quondam eorum patrem facto a dicto bastardo et jam diu est sibi laudato ut inferius habebitur juxta castaneariam Johannis de Compeis a lacu, nemus Ludovici Prodon a juria, nemus Petri Gascon a vento, et viam dou Bereoux a borea.

Item, medietatem pro indiviso cum dicto Anthonio Evrardi quatuor posarum nemoris sitarum en Fillivoux juxta nemus heredum Henrici Besson a vento, nemus Petri Gascon a borea, nemus dictorum confitencium infralimitatum a juria, et carreriam de Corberes a lacu.

Item, medietatem cum quo supra indivisam sex posarum nemoris sitarum en Nerynes juxta nemus Stephani Reymond a lacu, nemus Guilliermi Loytiz de Sarral a juria, et terram de Lespinoux dictorum confitencium a borea.

Item, duas posas terre sitas en Espinoux ad nemus reversas juxta terram Guilliermi Loytiz a juria, nemus Johannis de Compeis et Anthonii de Combis a lacu, nemus Ludovici Prodon et fratrum suorum quod fuit a Loriol a borea, et nemus dictorum confitencium prelimitatum a vento.

Item, eis Condemines subtus Gillier dimidiam posam terre juxta terram liberorum quondam Jaqueti Gascon quam nunc tenet Glaudius Boson a borea, terram dictorum confitencium infralimitatum a vento, affrontat terre Petri Gascon sartoris a juria, et strate publice a lacu.

90 Item, loco dicto en Luvinox duas posas terre inclusa una ex eisdem que alias in manibus et extenta Jaquemardi fuit recognia per Richardum Foucignyer de Vinsier et ab inde reempta de eisdem confitentibus in presenti extenta laudata juxta terram Petri Gascon sartoris a juria, terram Glaudii dou Max a lacu, affrontat terre Petri Tissot a vento, et terre Johannis Bertet quondam seu dictorum Thomasset a borea.

Item, en Curchamp circa tres posas terre in duabus peciis quarum una a parte jurie continet circa duas posas in quibus includitur certa pars que fuit antiquitus de bonis Stephani Benedicti continens unam posam cum dimidia a parte jurie olim ab eodem Stephano acquisita precio sex librarum constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto et signato 13 dec 1463 in presenti extenta exhibito et laudato juxta terram Johannis Jacco a lacu, viam publicam tendentem ad Dulit a juria, affrontat terre eorundem confitencium seu liberorum Jaqueti Gascon a borea, et terre Nicodi et Petri Mugneron a vento, alia pecia continet fere unam posam et plus juxta terram dicti Johannis Jacco a juria, pratum eorundem confitencium infralimitatum a lacu, et affrontat ut precedens.

Item, unum morcellum prati situm ibidem continentem circa duas falquatas juxta terram prelimitatam a juria et borea, pratum Nicodi dicti Galliard et Petri Tissot a lacu, et pratum Francisci Coctoz a vento, in quibus includitur unus morcellus qui fuit de bonis et recognicione Henrici Besson et jam dudum accensatus pro duobus solidis solvendis dicto Henrico et quia in presenti extenta fuerunt compensati, ideo nichil solvunt pro eo quod tenent residuum bonorum dicti quondam Henrici Besson.

90v Item, ou Pra Dostaz unum morcellum prati continentem circa quatuor falquatas prati juxta commune ex omnibus partibus.

Item, circa duas posas terre sitas en la Tactaz alias en Mellye juxta terram Nicodi Galliard monnerii de Verney a juria et vento, et pratum Hugonini de Gland a borea.

Item, dimidiam posam vinee sitam loco dicto en Lengollioux juxta vineam Francisci Corctoz a vento, rivum dou Pety Engollioux a borea, semitam tendentem ad Vinsel a lacu, et tactam Petri Gasconet (=Gascon) alias Bergier a juria.

Item, ibidem prope duas fosseratas vinee que fuerunt alias ultimate recognite in manibus et extenta Jaquemardi per Johannem bastardum Henrici Besson et quas tenent virtute acquisiti facti a Petro Hudry et heredibus dicti quondam bastardi Besson precio cum uno alio morcello vinee viginti florenorum ut dicunt dicti confitentes juxta vineam dicti Petri Gascon junioris alias Bergier a vento, vineam Francisci Coctoz que fuit Aymonete de Chinaul a borea, affrontat semite de Vinsel a lacu, et vinee Colleti Mentonex a juria, in quibus duobus morcellis ultimo limitatis Henricus Grojehan eorum frater dicitur quandam assignacionem habere et actionem pro suo jura.

Item, unam posam terre seu nemoris sitam en Fillivoux juxta nemus Anthonii de Combis a vento, nemus dicti confitentis et Anthonii Evrardi a borea, et viam publicam tendentem en Corberes a lacu.

Item, ou Pra a la Forneyriz unam falquatam prati juxta pratum Nicodi Galliard a borea, pratum Petri Gascon sartoris de Chinaul quod fuit a Mugneron a borea et vento, pratum Hugonini de Gland a lacu, et terram Anthonii Evrardi a juria, quam tenet in vadio Johannes dou Max de Vinsel precio sex florenorum.

Item, quatuor denarios Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Petrum Gascon sartoris de Chinaul pro uno morcello ochie sito retro domum dicti Gascon continente circa duas fosseratas juxta ochiam eorundem confitencium a vento, et ochiam eiusdem Gascon ab omnibus aliis partibus.

91 Item, unam posam terre sitam en Curchamp juxta terram Petri Benedicti a juria, terram eorundem confitencium a lacu, terram eorundem confitencium a borea, et terram sive pratum Nicodi Mugneron a vento, dicunt tamen ipsam esse inclusam supra in tribus posis de Curchamp.

Item, reachetum quod asserunt se habere in et super una falquata prati sita en Mellie juxta pratum Nicodi Galliard a borea, pratum Petri Gascon sartoris a vento et borea, et pratum Hugonini de Gland a lacu, et terram Anthonii Evrardi de Curchamp a juria, quam tenet Johannes dou Max de Vinsel in vadio prout assuerunt ipsi confitentes, et pro premissis rebus omnibus et singulis sicut premittitur declaratis ? debere confitetur dicti fratres recognoscentes pro se et suis eisdem dominis commendatario et conventui ac suis successoribus ultra onus dicti homagii ligii ad quod deservendum prefatus Mermetus remanet astrictus et ligatus suo et dicti eius fratris nominibus inclusis in unam summam et reductis omnibus quantitativibus censuum in precedentibus extensis particulariter declaratis, videlicet primo, uno bicheto frumenti deinde una cupa frumenti tam de ipsa antica censa quam de censu recognite per Richardum Foucygnye pro dicta terra de Luvinox, post modum uno bicheto frumenti, et post hec duobus bichetis frumenti et tribus denariis Gebennensibus. Item, quatuor decim solidis Lausannensibus et inde quatuor denariis Gebennensibus, et ultimo duodecim denariis Lausannensibus jam in precedenti extenta impositis de censu pro sufferta seu adunacione duorum homagiorum ad que predictae res antiquitus astringebantur, inclusis preterea decem octo denariis Lausannenses pro dicta tacta

supra inclusa que fuit de demanio dicti castri necnon eciam tercio unius quarteroni frumenti, duobus denariis cum obolo, et tercio unius oboli Lausannensibus pro dictis rebus que fuerunt dicti Johannis bastardi Henrici Besson, et preterea sex denariis Lausannensibus pro dicto morcello prati de Curchamp qui fuit dicti quondam Henrici Besson in exoneratione censuum eiusdem quondam Henrici Besson, conversa moneta Gebennene ad Lausannensem, uno videlicet grosso Gebennensis ad quatuordecim denarios Lausannenses, videlicet duodecim quarteronos frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni, et tercium alterius quarteroni frumenti cum similis ad eandem mensuram, et decemseptem solidos et undecim denarios Lausannenses seu alterius bone monete cursibilis in Vuado de censu annuali et perpetui solvendo.

91v Item magis, tenent et se tenere confitentur dicti fratres recognoscentes sub onere dicti sui homagii de bonis feudalibus et recognicione quondam Mermeti Evrardi ex acquisito jam dudum facto et laudato sub tamen reacheto precio tresdecim florenorum parviponderis ut constat instrumento jam in precedenti extenta exhibito et declarato per Johannem Thomasseti recepto 06 jun 1441, unum sillionum terre sitam eis Condemines subtus Gillier juxta terram dictorum confitencium prelimitatam a borea, terram Colleti de Russel de Gillier a vento, affrontat terre Petri Gascon sartoris a juria, et strate publice a lacu, onus autem census et homagii supportatur per Anthonium Evrardi racione reacheti.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Stephani Benedicti ex accensamento perpetuo sibi facto ut dicit per Petrum Benedicti sub censu infrascripto de quo tamen accensamento nullum instrumentum fuit ut dicta factum unam posam nemoris seu jonchierre sitam supra la Jonchieriz juxta vineam de la Jonchieriz quam colit Nicodus dictus Galliard a lacu, vineam Ludovici Prodon quodam itinere (=itinere) intermedio a borea, fossale de Vinsel a vento, et nemus commune de Brussin a juria, super quo solvunt dicto Petro Beney virtute dicti accensamenti tres solidos de pensione et ideo se debeat aliquem censum supportet, witnesses Stephanus de Riva clericus de Luyn et Jacobus Gleriz et Mermetus Tilliot de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

93 Discretus vir et Venerabilis Dompnus Johannis Guillioti (Guilliot) curatus parrochialis ecclesie Brussini, 20 mar 1489 (anno et indicione quibus supra in recognicione Johannis de Sauvernier), patronagium, sex florenos parviponderis quolibet valente duodecim solidis Lausannensibus bone monete cursibilis in Vuado solvendo per eundem curatum et suos successores eisdem domino priori et conventui in manibus receptoris dicti castri Brussini annualiter et perpetue in festo Nativitatis Domini, et preterea... res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Brussino olim et ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per defunctum Dominum Rodulphum Guillioti per tunc curatum dicte ecclesie et in precedenti eciam per predictos curatos, et quas tenet nomine dicte ecclesie,

93v Primo, videlicet domum dicte cure sitam in villa Brussini subtus cimisterium cum casali, curia, et pertinentiis contiguis que antiquitus fuisse dicitur Nicodi Bastardi de Gland et dicte cure donata in dotacionem cuiusdam altaris in ipsa ecclesia existentis et per eum erecte et ochia ante contigua continente dimidiam posam vel circa inclusa certa parte a lacu que fuit de bonis quondam Perreti Fonjallaz et jam in extenta Jaquemardi per dictum quondam curatum recognita et que acquisita fuit a Johanne Hugonyn pro tunc possessore eiusdem partis ut constat instrumento per Anthonium de Migerand recepto 05 jan 1453 juxta cimisterium Brussini a juria,

ochiam seu clausum eiusdem curati infralimitatum a lacu, affrontat carrerie a borea, et domo Colleti Baul et eius uxoris ac cultine Johannis de Compeis a vento.

Item, dimidiam sextarium vini seu musti annue pensionis sibi debitam et quem percipit a Francisco Richoz de Brussinel de et super una pecia vinee sita in vinoblio de Brussinel loco dicto en Collombie continente una posam que antiquitus fuisse reperitur donata eidem ecclesie per quondam Nicolaum Benedicti et jam diu ipsi Richoz accensata juxta terram Petri Tallaborey que fuit dictorum Fermen a borea, vineam eiusdem Francisci Richoz a lacu, pratum Petri Rossel de Sancto Boneto a borea, et vineam liberorum Girardi Jacco a juria.

94 Item, unam peciam prati sitam subtus villam de Vinsel juxta pratum Perreti Vuilliaux a borea, pratum Johannis dou Max a juria, pascuam communem a lacu, et pratum Johannis Jacco a vento.

Item, duodecim denarios Lausannenses quos percipit a Petro Gaulteyr seu eius liberis dictis Grojean et qui fuerunt legati dicte ecclesie per Johenetam relictam Johannis Besson quondam qui pridem debebantur de et super modico ochie sito en Chinaul supra domum dictorum Grojehan juxta vineam eorundem Grojehan a lacu et juria, et affrontat supra viam a borea.

Item, dimidiam posam terre sitam subtus Brussinum que fuit eidem ecclesie donata antiquitus per Amedeum de Canali juxta terram eiusdem curati que fuit Stephani de Gland a borea, terram Johannis de Sauvernier que fuit Aymoneti Marchiand a vento, et affrontat strate publice a juria, et pascue communi a lacu.

Item, circa unam fosseratam vinee sitam loco dicto en Bridillion ? que eidem ecclesie refertur donata per dictum quondam Amedeum de Canali juxta viam publicam tendentem ad valles a borea, pascuam communem et viam publicam a juria, et casale seu pratum quod fuit Amedei Bergier et quod tenet Petrus de Sonarclens a vento et lacu.

Item, dimidiam falquatam prati sitam en la Mossieriz que fuit de bonis quondam Johannis Gringet juxta pratum Anthonii de Combis a vento, terram seu pratum Johannis de Compeis a juria, pratum Petri Tissot a borea, et pratum illorum de Brussinel a parte lacus.

Item, dimidiam posam terre seu vinee sitam en la Perrousaz juxta vineam dicte ecclesie a borea, tacetam seu vineam eiusdem ecclesie que fuit Stephani Benedicti et Guilliemi Mistralis a vento, pascuam communem a lacu, et stratam publicam a juria, que fuit de bonis Johannis de Subtuseccleisam et ecclesie jam dudum legata.

94v Item, quatuor posas nemoris sitas ou Verney ? supra Brussin, que fuerunt videlicet tres pose per Johannem de Subtusecclesiam et alia per Leonam filiam Perroneti Gringet legate dicte ecclesie juxta nemus Johannis de Compeys a lacu, nemus Anthonii de Combis a juria, terras dicti Johannis de Compeis a vento, et nemus dicti Anthonii de Combis a borea.

Item, unam posam terre seu nemoris sitam en Corberes juxta nemus Petri de Sonarclens et Petri Benedicti a lacu, nemus Johannis de Compeis a juria, et viam publicam tendentem ad Brictignye a borea, que eciam fuit legata dicte ecclesie per dictam Leonam.

Item, unum sillionum vinee ad terram reductum situm en Leserabloz juxta vineam conventus Romanimonasterii a juria, viam publicam a parte lacus, terram dicte ecclesie que fuit nobilium de Sauvernier a vento, et vineam seu terram dicte ecclesie a borea, pro quibus rebus omnibus et singulis confitetur dictus dominus curatus pro se et suis successoribus in eadem cure de Brussino debere et solvere teneri eisdem dominis commendatario et conventui et suis successoribus inclusis primo duodecim denariis Gebennensibus tam pro dicta domo quam certa parte dicte ochie contigue, octo denariis eciam Gebennensibus pro alia parte ochie predictae, duodecim denariis Lausannensibus pro aliis rebus, videlicet dimidio sextario vini annue pensionis et aliis sequentibus rebus usque ad sillionum de Liserabloz inclusive, quatuor denarios Gebennensibus pro dicte parte ochie contigue domi que fuisse dicitur Perreti Gringet supra inclusa, reductis et conversis grossis Gebennensibus ad quatuordecim denarios Lausannenses, videlicet tres solidos et quatuor denarios Lausannenses seu alterius bone monete cursibilis in patria Vuaudi de censu annuali solvendo... , et ultra predicta debet et se debere confitetur nomine quo supra eisdem dominis commendatario et conventui ratione dictarum rerum sibi seu eius predecessoribus nomine dicte ecclesie confirmatarum ad mutacionem cuiuslibet curati dicte ecclesie tresdecim solidos Lausannenses seu alterius bone monete solvendo per novum curatum dicte ecclesie ad simplicem requestam parte dictorum dominorum fiendam necnon eciam debet ad dictam mutacionem curati et debere confitetur ut supra *unum par cirothecarum* (a pair of gloves) usque ad valorum trium turonensium (=gros tournois) solvendum ut supra.

95 Item magis, tenet et se nomine dicte ecclesie tenere confitetur pro se et suis successoribus ab eisdem dominis et de eorum feudo directo dominio ac omnimoda iurisdictione unam peciam terre continentem fere unam posam cum dimidia sitam entre Clo subtus Sanctum Vincencium que solebat esse terra et qui ultimate in manibus et extenta Jaquemardi fuit recognita per Dominum Aymonetum Mono doctorem et Jaquemetam dictam Rolinaz de Gebennis pro indiviso et quam tenet dictus curatus ex certo legato dicte ecclesie facto et sibi in presenti extenta laudato juxta vineam seu tactam confratrie Brussini a vento, terram Petri Gascon sartoris cum qua fuit partita a borea, affrontat vie de Gillie a juria, et vie tendenti a villa de Gillie ad Merdasson a lacu, pro qua debere confitetur ut supra ratione laudis et confirmacionis sibi facte videlicet tres denarios Lausannenses bone monete de novo censu sibi impositis solvendo per eundem et suos annualiter et perpetue termino et manibus quibus supra, [et] est tamen sciendum quod confratria Brussini calumpniat et percipere habet super dicta terra dimidiam sextarium vinie de pensione per annum prout in precedentibus extentis fit mencio, et est eciam notandum quod inter dictam peciam terre et aliam peciam terre quam tenet Gascon, videlicet in summitate a parte jurie, includitur unus morcellus tenoris unius jornalisi qui reperitur moveri de retrofeudo dicti Romanimonasterii quod tenet ab eodem Romanomonasterio dominus de Mont le Grand, unde hic non intelligitur comprehensus.

95v Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis feudalibus et recognicione quondam Mermeti Evrardi ex adquisito jam dudum facto sub tamen reacheti et laudato unam peciam terre que solebat esse vinea jam in extenta Jaquemardi per prefatum dominum Rodulphum Guilliot curatum recognitam sitam en Liserabloz juxta terram eiusdem

ecclesie a vento, terram eiusdem que fuit Johannis de Sauvernyer a borea, affrontat vinee conventus Romanimonasterii a iuria, et strate publice a lacu, onus autem census et homagii supportat dictus Evrardi ratione reacheti.

Item magis, de bonis alias recognitis in manibus dicti Jaquemardi per Franciscum Montero de Tartignye et pridem fuerunt Glaudii de Subtusecclesiam ex legato dicte ecclesie Brussini facto per predictum Francisco (should be *Franciscum*) Montero constante lictera clausule dicti legati per Jacobum Revelli ? recepta et signata 07 aug 1459 et per Fratrem Jacobum Gallerii decanum Paterniaci vicarium et admodiatarium pro tempore dicti Romanimonasterii manu Petri Chableti laudata in presenti extenta exhibita unum morcellum prati continentem duas falquatas prati situm loco dicto en la Sougetaz juxta pratum heredum quondam Petri Besson de Dulicio quod tenet Johannes dou Max de Vinsel a iuria, pratum heredum quondam Johannes Bertet de Gillier a vento, pratum et fosale domini Romanimonasterii a borea, et iter publicum tendens a Brussino ad Verney a lacu, inter quos limites et ultra dictas duas falquatas a parte venti includitur unius morcellus qui de puro allodio dicti quondam Monterodi asseritur movere, has autem duas falquatas tenet dictus curatus pro decem florenis parviponderis pro quibus possunt redimi per heredes Glaudii de Subtusecclesiam ratione cuius reacheti dicti eius heredes puta Johannes de Compeis supportat onus census et homagii.

96 Item magis, de bonis et recognicione quondam Guilliermi de Gland de Sancto Vincencio et que pridem fuerunt Perreti Fonjallaz ex adquisito per dictum Dominum Rodulphum Guilliot facto a Michaeli filio Anthonii Fonjallaz et Perroneta eius matre constante instrumento per Philibertum Oyselli recepto dato 14 jan 1480, et per Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex vicarium et admodiatarium dicti Romanimonasterii manu Petri Chableti laudato 18 jun 1480, videlicet unum morcellum ochie seu clausi prati situm subtus domum dicte cure continentem quartum unius falquate vel circa juxta carreriam a lacu et borea, ortum eiusdem curati prelimitatum a iuria, et casale et ochiam Petri Gasconet (=Gascon) a vento, onus autem census supportat Colletus Mentonex ratione reacheti perpetui.

Item magis, de bonis alias recognitis in manibus et extenta dicti Jaquemardi per Franciscum Fabri et que per prius fuerunt Perreti Gringet ex legato ut credit eidem ecclesie facto seu alio adquisito de quo ad presens edocere non potest cum instrumentum ignoret sibi tamem in presenti recognicione laudato unum morcellum prati situm ou Pra des Sauges versus tegulariam continentem unum sellionum terre si coleretur juxta pratum Johannis de Compeis a borea, pratum eiusdem ecclesie a vento, pascuam communem a lacu, et affrontat strate publice a iuria, quemquidem tenet salvo semper reacheto perpetuo eidem domino et suis vel ei qui remictere voluerit quo tempore dictus curatus edocere tenebitur... , witnesses Providus vir Johannes Richardi clericus de Balmis et Mermetus dou Nant habitator de Rotulo, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

97 Franciscus Coctoz de Brussino procurator et rector negociorum parrochie de Brussino prout a parrochianis asseritur, 1500, but day, month, and indiction left blank: In mis notarii publici commissarii presencium extentarum et testium subscriptorum presencia, personaliter constitutus Franciscus Coctoz de Brussino procurator et rector necogiorum parrochie de Brussino prout a parrochianis asseritur, qui sciens etc., nomine procuratorio dicte parrochie et pro se et suis successoribus confitetur et recognoscit se nomine communitatis parrochianorum dicti

perrochie et ipsam communitatem debere et solvere teneri Reverendo Domino commendatario moderno et conventu Romanimonasterii et suis successoribus duodecim denarios Gebennenses bone monete cursibilis in Vuaudo, et hoc pro uno casali domus et platea seu solo eiusdem, quod casale seu solum alias fuit in manibus et extenta Jaquemardi recognitum per Dominum Rodulphum Guilliot curatum Brussini eo quod dicte cure domus erat antica et secundum hos limites, videlicet ecclesiam a iuria, domum confratrie Brussini a borea, et cimisterium a vento et lacu, et quod casale fuit solo equatum et ecclesie annexum et consecratum per Reverendum Patrem Dominum Mamertum Episcopum Ebronensem vicarium episcopatus Gebennarum (this is Mamertus Fichet, auxiliary bishop of Geneva, and titular bishop of Hebron, near Jerusalem) et visitatorem die 24 feb 1472, que neccessesse videbatur tam ad ampliacionem ecclesie quam cimisterii (i.e., the *casale* was demolished, the property was annexed to the church, and consecrated, because the church and the cemetery were being enlarged) quodquidem cum sint tam in directo quam alto dominio Deo dedicatum, restat tamen census pro eodem debitus ab antico solvendus, quem occasione injunctionis sibi dictis parrochianis facte ab eodem domino antistite ut supra recognoscit et solvere promittit dictus Franciscus rector modernus. (This passage has been quoted several times in published histories of the church of Bursins, but with the connotation that it was the old “cure” or presbitery, the residence of the parish priest, that was demolished, rather than a “chésal” or out-building that was associated with a *house* that, in antiquity, *used to be* the “cure”, as is clearly stated in the terriers. It was not the parish priest, nor the office he held, that was responsible for the rent of the parcel in question, but rather, the members of the parish and community of Bursins, represented here by their current “rector”, Franciscus Coctoz. Whatever may be revealed in archaeological excavations near the church, the text itself does not seem to provide support for the interpretation that the ancient “cure” was the structure that was demolished. One way that this interpretation might have arisen is through a misunderstanding of the grammar, in the passage “*pro uno casali domus et platea*”, which might be read in error as “*pro uno casali, domo, et platea*”, a list of three separate items. But *domus*, here the genitive case modifying *casali*, is written out in full, and cannot be mistaken for *domo*, the ablative form used in the terriers. The *casale* was an out-building of a house, and the site of the presbitery in the late 15th Century was somewhere else—as a part of the precinct of the parish church, it was not subject to a rent and so is not included in the terrier as a separate item. In 1337 (Ad 24, fol. 12v), it is described in the reconnaissance of Dominus Berthodus de Sissie, then the parish priest, as “*casale domus sue situm in cimiterio de Brussins juxta ecclesiam*”. Even earlier, in C VIIa 410, about 1310-1320, the parish priest, not named, was assessed “*pro casali domus sue sito super cimiterium*”. See especially Fj 69, fol. 50, for the situation in 1459, when the house adjacent to the *casale* was held by the Confrérie.)

(Fol. 97v is blank.)

98 Providus vir Anthonius de Combis clericus Brussini prior et rector confratrie Sancti Spiritus que fit in villa et parrochia Brussini, 19 feb 1490, res, pensiones, et possessiones sequentes alias ultimate recognitas in manibus quondam Petri Jaquemardi per Nobilem Guillierrum Mistralis pro tunc priorem et rectorem dicte confratrie, et quas tenet dicta confratria certis titulis et legatis jam in precedentibus extentis designatis,

Et primo, unum morcellum vinee seu tacte situm subtus Sanctum Vincencium entre Clos (=en Tre[s] Clos) continentem duas parte unius pose juxta vineam prioratus de Perrueys quam

tenet Colletus Mentonex a vento, terram curati Brussini a borea, et affrontat viis publicis a lacu et juria.

Item, unum morcellum vinee situm in vinoblio de Vinsel loco dicto en Bernardon continentem unam fosseratam jam antiquitus eidem confratrie donatum per Johenetam filiam Ponczole de Vinsel et Johannetum dictum Perro prout in precedentibus extensis fit mencio juxta vineam petri Costabloz que fuit Aymoneti de Gland a borea, vineam Nobilis Glaudii de Pictignie a vento, vineam cappelle Sancte Catherine in ecclesie Romanimonasterii fondate a juria, et vineam Nobilis Jacobi Championis a lacu, cense 16 denarios Lausannenses.

98v Item, unam posam terre seu tacte que solebat esse vinea sitam supra villam de Vinsel juxta vineam heredum Francisci Wibourg de Luyn a vento, quoddam fossale a borea, vineam Jacobi Championis que fuit dictorum Saviot a lacu, et nemus commune a juria.

Item, unam fosseratam vinee sitam ibidem juxta nemus commune de Vinsel a juria, vineam dicti Jacobi Champion que fuit Bertrandi de Solerio a lacu, fossale a borea, et commune de Vinsel a vento, cense 2 denarios Lausannenses de censu infra inclusos.

Item, duos solidos et sex denarios Lausannenses sibi debitos de pensione annuali per Petrum Gascon junioris pro duabus peciis castanearie sitis una en Chastillion juxta nemus ou Costoz a juria, terram Anthonii Evrardi a lacu, et nemus Perreti Warinet et nemus quondam Henrici Besson a vento, alia est ibidem en la Troppaz juxta nemus Mermeti et Johannis Grojehan et nemus seu terram quondam Henrici Besson a borea, nemus Anthonii Evrardi a juria, et nemus Francisci Coctoz et Hugonini de Gland domicelli a vento.

Item, tenet dicta confratria unum sextarium vini ad mensuram Brussini de pensione assignatum et antiquitus donatum eidem confratrie per quondam Johannem Rossie pro medietate et Perretum Davidex (clear) de Brussino pro alia medietate in et super quatuor posis terre que solebant esse vinea sitis subtus Sanctum Vincencium loco dicto en Tresclo et quas quatuor posas nunc tenet Petrus Gascon sartoris de Chinaul et curatus Brussini quilibet ipsorum pro medietate et tangunt terram dicti confratrie a vento, et terram quam tenet dictus Gascon et que dicitur esse de feudo Stephani de Gland a borea, et affrontat viis hinc et inde.

99 Item, sexdecim denarios Lausannenses quos percipere habet et solet a Nicodo Mugneron de Dulicio pro dimidia posa terre seu tacte site (should be *sita* ?) en Marest Vuilliet juxta pratum eiusdem Nicodi Mugneron quod fuit a Clavel a lacu, pratum eiusdem Mugneron a borea, et viam publicam quodam rivo intermedio a juria et vento.

Item, decem denarios Lausannenses quos percipere solet ab Anthonio Evrardi super una fosserata vinee sita en Barrilliet juxta rivum dou Merdasson a vento, viam publicam a lacu, vineam eiusdem Anthonii a borea, et tactam quondam Henrici Besson a juria.

Item, quinque quarteronos frumenti annue pensionis sibi debitos et quos percipit dicta confratria super duabus falquatas prati sitis ou Pra dou Pey quas tenet Philibertus Oyeslli et fuerunt Johannis nutriti Henrici Besson et pridem de bonis Johannis de Sancto Liberio juxta pratum Petri Tissot a juria, pratum Stephani Montero a lacu, et pratum Johannis de Compesio a

vento, et pro premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur dictus Anthonius tamquam prior et rector dicte confratrie et nomine eiusdem prefatis domino commendatario et conventui inclusis in unam quantitatem singulis parcellis in precedentibus extentis descriptis, primo videlicet sexdecim denariis. Item, duobus denariis jam suprascriptis et deinde sex denariis Lausannensibus pro aliis rebus et pensionibus inde superscriptis, videlicet duos solidos Lausannenses bone monete de censu annuali solvendus per eundem priorem modernum et suos successores.

99v Et preterea confitetur quod dicta confratria tenetur et debet solvere ultra predicta ad mutagium cuiuslibet prioris dicti Romanimonasterii quatuor denarios Lausannenses ad primam requestam novi prioris sive domini Romanimonasterii seu in Nativitatis Domini proxima, witnesses Mermetus Gaultey alias Grojehan, Johannes Jacco, Ludovicus Prodon, et Franciscus Coctoz de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

100 Petrus Gleriz habitator Brussini, alia recognicio, 30 oct 1496, quod cum nuper Dominus Stephanus Piardi curatus de Gillier sibi accensarit casale et ochiam infrascriptam sub censu septem solidorum reservando sibi directum dominium cum certis aliis prout in instrumento eiusdem accensamenti per Philibertum Oyselli recepto et signato 10 mar 1488, et ab inde mota fuerit causa inter commissarium dicti Romanimonasterii sive procuratorem domini eiusdem actorem, et dictum Petrum Gleriz reum ymo etiam ipsum dominum curatum eiusdem Petri guerentem de et super directo dominio dictorum casalis et ochie, et tandem declaratum fuerit de consensu domini Romanimonasterii et ipsius curati de Gillie acque inter ipsos concoratum quod directum dominium cum iurisdictione remaneat et competit eidem Romanomonasterio et dicti septem solidi remaneant ipsi curato de pensione annuali prout lacius in licteris super hoc confectis aparere potest, scienter gratis et sponte de tenore dictarum licterarum sufficienter informatus confitetur et recognoscit se tenere et possidere de feudo et directo dominio et omnimoda iurisdictione dicti Romanimonasterii dictum casale cum ochia contigua quod et que alias in manibus Perroneti Foresii recognite fuerunt per Mermetum Evrardi et que antiquitus fuerunt nobilium de Subtuseccleisam et jam antiquitus accensate per eosdam de Subtuseccleisam predecessores dicti Evrardi sub censu quatuor solidorum de quibus jam diu est fuerunt assignati curato de Gillier quatuordecim denarios annuales et residuum restabat Glaudio de Subtuseccleisam ut in precedentibus extentis fit mencio, tenet inquam ex dicto accensamento sibi in presenti recognitione per dominum Romanimonasterii laudato, eundem casale cum ochia contigua situm in villa Brussini juxta ochiam Francisci Coctoz a vento, domum et ochiam Anthonii Evrardi a borea, affrontat carriere a lacu, et ochie Johannis de Compeis que fuit dicti Glaudii de Subtuseccleisam a iuria, super quo casale et ochia solvit ut prefertur dicto curato eosdem septem solidos de pensione annuali in quibus creduntur esse inclusi dicti quatuor solidi antiquitus debiti, et si quem censum debeat illum supportat dictus Johannes de Compeis pro presenti et dictus curatus de Gillier ratione dicte pensionis, witnesses Colletus Mentonex de Brussino et Guiliermus Bovey de Gillier et Johannes Jacco de Dulit et Hugoninus dou Verney, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

101 Venerabilis et Discretus vir Dominus Stephanus Piardi curatus de Gillie modernus, 29 oct 1496, septem solidos Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Petrum Gleriz habitorem Brussini de et super casali et ochia in eius prescripta recognitione limitatis quod et quam ipse Petrus tenet virtute accensamenti sibi per eundem curatum facti in dicta eius recognitione

designati et quod casale et que ochia fuerunt antiquitus domicellorum de Subtusecclesiam et accensate per eosdem predecessores Anthonii Evrardi pro quatuor solidis annualibus super et de quibus fuerunt assignati antiquitus curato de Gillier quatuordecim denarii Lausannensium de pensione prout in antiquis et precedentibus extensis fit mencio, et quamvis dictus curatus pretenderet habere directum dominium super eisdem casalie et ochia ideoque ipsas res sibi vindicasset tam a Petro de Compeis herede dictorum Subtusecclesiam et proprietario ipsarum rerum quam dicti Anthonio Evrardi et eius predecessores tenementariis ipsarum rerum unde eundem casale et ochiam nuper abbergasset dicto Petro Glerix pro dictis septem solidis cum directo dominio et certis reservatis in eodem instrumento accensamenti contentis, tandem tamen die videlicet 10 apr 1494 declaratum extitit et concordatum inter dominos Romanimonasterii et ipsum curatum de Gillier quod directum dominium cum omnimoda iurisdicione remanet dicto Romanomonasterio et quod dicti septem solidi sint dicto curato pensionales tamen unde dictus curatus quod supra nomine confitetur ita et recognoscit quod dominus Romanimonasterii et eius conventus habent in et super dictis casali et ochia acque pensione directum dominium cum omnimoda iurisdicione, witnesses Dominus Petrus Agnyelli eius vicarius de Gillie, Petrus de Sonarclens, et Petrus dictus Beney domicellus Brussini, et Johannes Wybrat, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

102 Duplum Infeudacionis noviter facte Nobili Petro Benedicti (in index : Beney), 15 jul 1498, personaliter constituti Illustris et Reverendus Dominus Dominus Michael de Saubaudia sancte sedis apostolice prothonotarius et insignis prioratus Romanimonasterii Clugniensis ordinis in Lausannensis diocesis commendatarius modernus, et cum eo Venerabiles viri Fratres Alzeacius de Taraux supprior (=sub-prior), Aymo Maioris decanus, Hugoninus de Cholao camerarius, Glaudius Michaudi magnus celerarius, Anthonius de Choao sacrista, Franciscus Durandi elemosinarius, Philibertus de Luginio infirmarius, Hugoninus de Muris cantor, Petrus Torenchii, Petrus de Ravoria, Georgius de Livrone, Nicodus Musardi, Anthonius de Bignyn, Ludovicus de Bellagarda, Petrus de Dulicio, Ludovicus Cuenderii, Petrus Nicodi, Johannes de Livrone, et Stephanus de Sancto Simphoriano, religiosi conventuales dicti Romanimonasterii ex una, et Nobilis Petrus Benedicti de Brussino partibus ex altera, his fief is augmented with the following items :

102v Item, eciam facultatem habendi in eius domo de Brussin unum furnum et cogendi in eodem pro suo hospicio tantum ad eius vitam tamen et non ultra...

Item, eciam donaverunt et largiti sunt eidem decimam bladorum et liguminum in quadam pecia terre sita en Besoulues ? quam exertare intendit prout dilatatur per suos confines in extensis descriptos et hoc spacio viginti quinque annorum proxime venturorum tantum et non ultra cetera tamen jura dicte ecclesie et conventus dicti Romanimonasterii cum alterius racione semper reservates, witnesses Nobiles viri Glaudius de Verie dominus de Cruce, Ludovicus et Gabriel de Allo, Anthonius de Joquiis, et Nicodus Amieti de Romanomonasterio cum pluribus aliis, receptis pro duplo, signed Pollens, with small paraphe.

103v Recognicio et specifffica declaracionis dicti Nobilis Petri Benedicti domicelli filii quondam Stephani Benedicti de Brussino et rerum feudalium, 15 jul 1498, res et possessiones ipsas sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Brussino que sibi ex successione legitima suorum patris et aliorum parentum inheserunt,

104 Et primo, domum ipsius Petri confitentis sitam in villa de Brussino cum gerdili eidem a parte superiori et platea acque pertinenciis contiguus inclusa in dicto gerdili certa parte que fuit de bonis Petri Forrachon et jam dudum accensata predecessoribus suis juxta domum Petri de Sonarclens et liberorum suorum cum qua fuit partita a lacu, gerdile seu ochias Petri Gascon, Johannis de Sauverniaco, et dicti Petri de Sonarclens a juria, affrontat vie publice a vento, et citurno et viridario dicti Petri de Sonarclens a borea, super qua parte inclusa que fuit dicti Forrachon debenantur antiquitus Amedeo Forrachon alias Prodon duo solidi de pensione qui jam diu est fuerunt dictis dominis Romanimonasterii per predecessores dicti confitentis en exonerationem censuum dicti Forrachon recogniti et in quantitate censuum de qua infra inclusi.

Item, unum ortum et gerdile sitis ibidem retro dictam domum juxta quandam plateam communem et domum dicti Sonarclens a vento, pertinencias domus que quondam fuit Jaqueti Gascon quam nunc tenent heredes Henrici Besson a borea, viridarium dicti Sonarclens a juria et lacu.

Item, circa tres posas terre sitas loco dicto ou Chanoz subtus Brussinum juxta terram Petri de Sonarclens que fuit Francisci Vivent a vento, terram Hugonini de Gland a borea, affrontat strate publice a juria, et pascue communi a parte lacus.

Item, unam posam terre sitam ibidem juxta semitam tendentem ad Verney a vento, terram Petri de Sonarclens quam tenet curatus Brussini a borea, et affrontat ut precedens.

104v Item, medietatem partitam cum Petro de Sonarclens decem posarum nemoris sitarum in Comba de Besoulues ? videlicet quinque posas a borea salvo pluri tangentes partem dicti Petri de Sonarclens seu liberorum suorum a vento, nemus Johannis de Compeis a borea, pascuam communem a juria, et nemus domini Montismagni a lacu, de quibus jam reduxit certam partem ad terram arabilem.

Item, medietatem quatuor cuparum frumenti et trium cuparum avene ad mensuram Nividuni annue pensionis sive census debitarum eidem et dicto Petro de Sonarclens seu eius liberis pro alia medietate per Guilliermum de Claren et Petrum de Claren de Sarral dictos Loytiz pro et super certis terris et possessionibus sitis in territorio de Esinoux infrascriptis,

Et primo, sex posis terre sitis en Nerynes alias en Espinoux juxta terram liberorum Petri Grojehan a lacu, terram Perreti Reys de Bignyn a juria, affrontat vie publice a vento, et terre dicti Guilliermi de Claren a borea.

Item, duabus posis terre sitis ibidem de super en Champ Roncyn juxta viam publicam a vento, terram heredum Girardi Day a borea, affrontat terre dicti (probably should be *dictorum*, consistent with the preceding and following items) de Claren et Sebastiani Fabri a juria, et terre seu prato Stephani Reymond et dicti de Claren a parte lacus.

Item, quatuor posis terre sitis en Espinoux supra Corberes juxta terram Stephani Reymond a parte lacus, nemus et pratum dictorum de Claren a juria, et affrontat terre Amedei et Henrici Wlliermi ? a vento.

Item, una falquata prati sita en Nerynes supra nemus de Corberes juxta viam publicam a vento, terram dictorum de Claren a juria et lacu, et terram Johannis de Compeis a borea.

Item, duabus posis terre sitis en Nerynes supra Fillivoux juxta terram Francisci Coctoz a juria, terram et nemus dicti Johannis de Compeis a lacu, nemus dictorum confitentis et Petri de Sonarclens a borea, et terram supralimitatam a vento.

105 Item, una posa terre sita en Espinoux juxta pratum ipsorum de Claren a borea, et tactas vacantes ex aliis partibus.

Item, una posa terre sita en Nerynes alias en Fillivoux juxta terram seu nemus Ludovici Prodon quod fuit a Loriol a lacu, terram dictorum de Claren a vento et juria, et viam dou Berdeoux a borea, quas res tenent dicti de Claren ex accensamento dudum suis predecessoribus facto pro eodem censu, quamvis tamen Michael Barbier alias Mestraul de Bignyn tenuerit (consistent with other examples in this terrier, the scribe writes *tenuit*, placing the hook normally representing the syllable *-er* over the final *t*, rather than over the *u*) de ipsa medietate pensionis in vadio precio quindecim florenorum, unam cupam frumenti, et unam cupam avene ex invadiacione jam dudum per Stephanum Benedicti Mermeto Mistralis facta prout jam in precedenti extenta fit mencio, que modo ut asserit sunt reempte.

Item, tenet ut supra unam posam vinee sitam loco dicto en Milluen juxta vineam domini Romanimonasterii quam nunc tenet sacrista eiusdem loco a lacu, vineam Petri de Sonarclens a juria, vineam Johannis de Compeis et Petri Gascon eciam a juria, viam publicam a borea, et vineam Nobilis Jacobi Championis a vento.

Item, tres posas terre et vinee sitas subtus Brussinum loco dicto eis Truyt juxta vineam eiusdem confitentis a vento, vineam conventus Romanimonasterii quam nunc tenet Nobilis Ludovicus de Allo a borea, viam publicam tendentem a rivo dou Merdasson ad Gillier a juria, et vineam seu terras ecclesiarum Brussini et Gilliaci a lacu.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Liserabloz juxta terram Johannis de Compeis a vento, vineam Colleti dou Russel de Gillier a borea, affrontat dicte vie dou Merdasson a juria, et strate publice a lacu.

Item, circa quatuor falquatas prati sitas en Ravachaux juxta pratum Stephani Reymondi quod fuit Guilliermi de Gland a vento, pratum Johannis de Dulicio seu Johannis Jacco quod fuit a Mugneron a borea, pratum Petri Calliat quod fuit Petri de Puteo a juria, et pratum quod fuit a Warney a lacu.

105v Item, unam posam nemoris sitam en Chastillion juxta nemus Francisci Coctoz quod fuit a Forrachon a lacu et juria, nemus Petri Gascon sartoris de Chinaul et nemus et pascua communia a borea.

Item, eis Curnaulx in villa Brussini unam posam terre que solebat esse vinea juxta ochiam Petri Perro quam tenet a Stephano de Gland de Sancto Vincencio et ochiam subscriptam dicti confitentis a juria, terram Anthonii de Combis que fuit Perreti Gringet et quondam Henrici

Besson a lacu, plateam et gerdile Johannis de Compesio a vento, quadam tamen semita intermedia, et affrontat terre liberorum Andree Mosserat a borea.

Item, ibidem unam ochiam continentem duas fosseratas cum casali ibidem existente juxta viam de Gillier a juria, terram ipsius confitentis quod fuit hospitalis et plateam eiusdem a vento, et ochiam dicti Petri Perro a borea.

Item, dimidiam posam terre sitam subtus Liserabloz juxta terram Petri de Sonarclens seu liberorum suorum a borea, terram et pratum eiusdem confitentis a vento et lacu, et affrontat strate publice a juria.

Item, ibidem unam posam terre subtus Sanctum Vicencium juxta terram Johannis de Compeis a vento, terram eiusdem Johannis de Compeis que fuit Glaudii de Subtusecclesiam et terram Petri de Sonarclens que fuit Mermeti Evrardi a borea, affrontat strate publice a juria, et pratum Petri Tissot seu quondam Oliverii Mistralis a lacu.

Item, unam posam cum dimidia nemoris et castanearie sitam subtus laz Valletaz juxta castaneariam et marescum Johannis de Compeis a borea et juria, nemus commune Brussini a lacu, et viam publicam tendentem a Brussino ad Corberes a vento.

106 Item, tres posas nemoris sitas en Corberes juxta tactam, pratum, et nemus quam et que tenet Colletus Baul a Johanne de Compeis a lacu, castaneariam ecclesie Brussini a juria, nemus dicti Johannis de Compeis a vento, et viam de Corberes a parte boree.

Item, tres posas nemoris sitas en la Folliousaz partitas cum dicto Sonarclens juxta partem dicti Sonarclens seu liberorum suorum a vento, viam de la Folliousaz a borea, nemus Johannis de Compeis a juria, et viam tendentem a loco de Espinoux ad la Folliousaz a lacu.

Item, dimidiam posam terre sitam subtus Brussin ante domum Mermeti de Tillia juxta terram Johannis de Compeis a borea et vento, affrontat strate publice a lacu, et terre exeunti a Brussino a juria.

Item, circa dimidiam posam terre sitam ibi prope loco dicto ou Carroz quam alias solebat tenere Reymonda invadium juxta terram Johannis de Compeis a borea, viam publicam seu stratam a vento et lacu, et affrontat carriere exeunti a Brussino a juria.

Item, dimidiam posam terre sitam ibidem juxta terram Johannis de Compesio a borea, pratum Stephani de Gland a vento, affrontat communi a lacu, et strate publice a juria, quam alias tenebat in vadio dicta Reymonda et nunc reempta est, ipsam tamen tenet modo Nobilis Hugoninus de Gland in excambium cuiusdam alterius pecie terre quam designare tenetur.

Item, tenet reachetum perpetuum quod habet in et super una pecia terre sita en Liserabloz continente tercium unius pose juxta terram ecclesie Brussini a vento, vineam seu terram que fuit a Loriol a borea, affrontat strate publice a lacu, et vinee eis Prodon a juria, quam tenent liberi Johannis Bertet ? in vadio.

Item, unam posam vinee sitam supra Brussinum ad nemus reversam loco dicto es Areney ? juxta pascuam communem a borea, iter tendens ad Bricignie a vento et lacu, et nemus Perreti Warynet quod fuit Francisci Domennoz a iuria.

106v Item, tres solidos annui census quos percipit a Johanne Grojehan et eius nepotibus de et super una posa nemoris seu joncherie site supra la Jonchieriz juxta vineam Hugonini dou Verney a lacu, nemus commune a iuria, et fossale de Vinsel a vento, quam tenet idem Grojehan.

Item magis, tenet et se tenere confitetur sub dicto suo homagio de bonis et recognicione quondam Marguerite filie Johannis Oriol de Brussino ex abbergamento perpetuo sibi postquam bona dicti Oriol fuerunt adjudicata deffectu tenementarii per Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex tunc vicarium necnon eciam per conventum dicti Romanimonasterii facto constante instrumento per Petrum Chableti recepto dato 29 jun 1485 sigillis eiusdem Romanimonasterii et conventus sigillato in presenti extenta exhibito, res sequentes,

Et primo, casale domus dicti quondam Oriol cum pertinenciis suis situm in villa Brussini ante domum ipsius confitentis juxta clausum vinearum Brussini a vento, carreriam tendentem en Chenaul a borea et occidente seu iuria, et ochiam infralimitatam ab ortu solis seu lacu.

Item, ibidem unam ochiam continentem tres partes unius pose ex qua dictus Oriol tenebat maiorem partem a predecessoribus dicti confitentis sub pensione trium solidorum et tangit dicta ochia carreriam publicam ville a parte boree, clausum domini a vento, affrontat pertinenciis castri et ochie liberorum Petri de Sonarclens a parte ortus solis et dicto casali a parte occidentis, quam tenetur et debet tenere clausam taliter quod per eandem nullum dampnum eveniat in clauso dictorum dominorum Brussini, que res erant hactenus onerate de duobus quarteronis cum dimidio frumenti et quindecim solidis et undecim denariis cum obolo Lausannensibus census annualis et in predicta infeudacione exonerate pro compensa inde alibi per eundem debite fienda super rebus de franco allodio moventibus, tenet igitur predictas res unacum directo dominio earundem sibi cum predictis rebus infeudato more aliorum feudatiorum salvo tamen semper jure dicti feudi.

107 Item, eciam facultatem in domo sua unum furnum et coquiendi in eodem pro hospicio suo tantum ad eius vitam dumtaxat, ita quod non debeat ab uti dicto furno ...

Item, eciam decimam bladorum et liguminium crescendorum deinceps in dicta terra de Besoulues ? supralimitata spacio viginti quinque annorum proxime venturorum tempore et non ultra, witnesses discretus vir dominus curatus Brussini, necnon Nobilis Glaudius de Virie dominus de Cruce, Nobiles Ludovicus et Gabriel de Allo, et Anthonius de Jognys, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fols. 107v-108v are blank.)

109 Glaudius Crot barbitonsor et habitator Brussini, 04 may 1501, confitetur se fuisse nuper per Nobilem Petrum Beney de Brussino abbergatum in quodam casali sito in villa Brussini quod alias dicebatur casale confratrie et olim per eundem Nobilem Petrum in manibus dicti commissarii et in presenti extenta recognito, et inde confitetur tenere eundem casale jam per

ipsum domificatum cum orto subtus contiguo virtute accensamenti seu abbergamenti predicti ut constat instrumento eiusdem abbergamenti per Philibertum Oyselli recepto et signato dato 07 mar 1496 in presenti recognicione exhibito et laudato juxta carreriam tendentem ad Gillier a juria, terram dicti Petri Benedicti a lacu, ochiam eiusdem Petri a borea, et casale quod tenet Tilliet a vento, pro et super quo casali et orto solvit eidem Nobili Petro Benedicti videlicet duos cappones et unam gallinam de censu cum directo dominio racione infeudacionis olim sibi dicto Nobili Petro per Reverendum Dominum Nostrum Commendatarium Romanimonasterii modernum de ipso casali et certis aliis rebus facte, hiis autem salvis confitetur et recognoscit se esse et esse debere racione sue residencie hominem justiciabilem dicti domini Romanimonasterii ad causam castri Brussini, et quod prefatus dominus commendatarius Romanimonasterii ad causam dicti castri habet et habere debet in et super se et dictis casali et orto et in carreriis, pascuis, et communibus tocius territorii Brussini merum et mixtum imperium et omnimodam juridicionem..., witnesses Hugoninus de Gland domicellus, Andreas Tilliet, et Dionisius Mosserat de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

110 Andreas Tilliet parrochie de Cornyner habitator Brussini, 04 may 1501, confitetur et recognoscit se nuper fuisse abbergatum per Nobilem Hugoninum de Gland de Brussino in quodam casali sito in villa Brussini quod alias dicebatur casale hospitalis cum orto subtus contiguo juxta domum seu ortum Anthonii de Combis a vento, domum seu pertinencias Glaudii Crot a borea, viam tendentem ad Gillier a juria, et terram Petri Beney domicelli a lacu.

Item, tenet eciam ? unam posam vinee eis Truyt seu en Barrilliet.

Item, en Pondex unam peciam prati.

Item, en Mellie unam peciam terre.

Item, eciam in villa Brussini supra dictum casale unum parvum morcellum orti juxta ochiam que fuit Henrici Besson quam tenet Mosserat a borea, ochiam eis Prodon a vento, affrontat vie de Gillier a lacu, et ochie dicti Hugonini de Gland a juria, et continet fere quartum unius fosserate, pro et super quibus rebus solvit idem Andreas eidem Hugonino de Gland decem septem solidos et unam gallinam de censu per annum, de ipsis autem rebus morcellus orti ultimo limitatus de feudo et directo dominio dicti Romanimonasterii ad causam dicti castri Brussini moveri reperitur et olim per eundem Hugoninum de Gland in presenti extenta recognitus, et alie res asseruntur per eundem Hugoninum de Gland esse tam de eius allodio quam alio feudo, que fuerunt accensate eidem Andree confitenti ut constat instrumento dicti accensamenti per Stephanum de Riva recepto et signato dato 25 jan 1495 in presenti extenta exhibito et quoad concernit dictum ortum laudato ... , witnesses dictus Hugoninus de Gland necnon Petrus Beney domicellus, Dionisius Mosserat, et Glaudius Crot de Brussin, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

111 Recognicio vinee de Wyde Grenye (Wide Grenyer), 07 apr 1492: Noverint universi et singuli presentes et posterii, quod cum hodie date presencium factum fuerit abbergamentum perpetuum cuius tenor in substantia sequitur et est talis: Nos Petrus de Castellione domicellus, Stephanus de Villario curatus de Quercu, et Gabriel de Allo etiam domicellus procuratores speciales in hac parte deputati Reverendi et Illustris Domini Michaelis de Sabaudia facte sedie

apostolice prothonotarii et prioratus Romanimonasterii ordinis Clugniacensis Lausannensis diocesis commendatarii perpetui constante instrumento dicte procuracionis dato Thaurini et per Reynerium Wertarii notarium publicum recepto et signato 28 feb 1492 Style of the Nativity in presenti tractacu exhibito, et nos Fratres Hugoninus de Cholau supprior (=sub-prior) et sacrista, Glaudius de Villar camerarius, Glaudius Michaudi magnus celerarius, Franciscus Durandi elemosinarius, Johannes de Frassia infirmarius, Hugoninus de Muris cantor, Ludovicus de Jognys, Petrus Thorencii, Alzeacius de Taraux, Petrus de Ravoria, et Anthonius de Bignyn presbiteri, Nicodus Musardi, Ludovicus Cuenderii, et Ludovicus de Bellagarda novicii religiosi conventus dicti Romanimonasterii, notum fieri voluntatis universis presentibus et futuris, quod cum una pars clausi vinearum Brussini continens tres posas appellata vulgariter et ab antico Wydegrenyer sita in fondo dicti clausi Brussini juxta vineam Petri de Sonarclens dictam Borgesan a borea, quendam semitam transversantem per dictum clausum a parte venti, magnam stratam tendentem a villa Brussini ad Nividunum a parte lacus, et residuum dicti clausi a parte jurie, jam a longo tempore ceperit vacare et jam a parte dicte strate seu lacus sit reversa ad terram et residuum in tactam et planchiam est omnio deventum tam propter frigitem fondi quam sterilitatem loci, ex ipsis quoque jam diu est paucum commodum reportatum est ymo vix potuit ex fructibus suis consequi pena culture, volentes super hoc providere accentu maxime quod ipse tres pose non in si cum grandi pena et magnus expensis potest restaurari, hinc est quod nos procuratores predicti nomine prefati domini commendatarii et virtute potentatis nobis attribute in dicto Romanomonasterio personaliter constituti, et nos supprior (=sub-prior) et conventus predicti tanquam maior et savior pars in loco capelari ut moris est invicem congregati mutuo consensu et concurrente ominum nostrum ? consilio accentis premissis et eciam quod aliquando continget dimictere certas particulas dicti clausi ad tercium, scientes et spontanei de juribus et utilitate dicte ecclesie seu prioratus Romanimonsaterii ad plenum certifficati mature deliberacione invidem prehabita, abbergaminus, abbergamus, seu pocius dimisimus et dimictimus perpetue et irrevocabiliter nomine prefati domini commendatarii et suorum successoribus et pro nobis et successoribus nostris in dicto conventu nosque sit abbergasse et dimisisse et eis modo via forma et jure quibus melius fieri potest et debet in emphiteosum et ad cultum perpetuam nollo prato infringendam presencium tenore legitime confitemur Discreto viro Domino Johannis Guillioti curato Brussini presenti et stipulanti pro se et suis successoribus quoad concernit unam posam cum dimidia et pro Mermeto Gilliot et Francisco Coctoz de Brussino absentibus quoad concernit residuum ac suis heredibus et successoribus quibuscunque dictas tres posas tacte vulgariter ut prefertur appellatas Wydegrenyer quantum protenduntur de longo et lato per limites suprascriptos fondum, videlicet fructus inancias ? (=inantias ?) appendentes ? et pertinentes ? suas ad tercium vini ibidem crescendi et sub pactis et declaracionibus inferius descriptis,

112 In primus, quod ipse curatus et alii sui complices seu socii teneantur et debeant colere ipsam vineam et propagare acque advineare eandem de capponibus seu alias melior modo quo fieri poterit et quantocius fieri poterit usque ad magnam stratam et per totum fondum ipsamque reducere ad bonam vineam, indeque ipsam colere de ligone et manu acque propagare bone et decenter ad dictum et usum viticolarum.

Item, quod de omni vino seu vindemia crescenda vel venienda in dicta vinea ipsi coloni habebunt pro eorum pena duas partes et dominus commendatarius et eius successores terciam partem libere.

Item, quod non debeant vindemiare eandem vineam nisi presente nuncio domini et tempore quo alie vinee dicti clausi vindemiantur.

Item, quod partita vindemia in vinea si noluerint eorum duas partes apportare ad torcular domini dicti clausi saltem terciam partem dicti domini nostri ad ipsum torcular apportabunt et reddent et nuncium presentem de dictu sustinebunt, quod si forte ipsi malverint totam vindemiam adducere ad dictum torcular a victu dicti nuncii relevati erunt et ibidem dividetur more aliarum vindemiarum.

Item, quod si in futurum ipsi coloni vel eorum successores deficiant vel sint remii ? (uncertain, *remissus* might be expected here) in culture dicte vinee taliter quod revertatur ad tactam tunc dominus quid pro tempore fuerit poterit intrare et reapprehendere ipsam vineam tamquam suam et sibi quesitam justicia tamen mediante, hec igitur agimus et facimus cum dicto domino curato pro se et dictis suis sociis absentibus actione et intencione restaurandi et in bonum statum reducendi eandem vineam que omnio nunc est deserta, divestientes...

112v ... Ut autem inter dictos curatum et eius sociis de divisione dicte tacte appareat in futurum levat dictus Mermetus Tillio dimidiam posam tantum a parte boree deinde dictus curatus unam posam cum dimidie et Franciscus Coctos posam aliam a parte venti,

In cuius rei testimonium nos dicti procuratores nomine prefati domini commendarii et nos supprior et conventus presentes licteras per Providum virum Aymonetum Pollens de Romanomonasterio notarium commissarium extentarum dicti Romanimonasterii modernum receptas et signatas eisdem colonis seu abbergatariis sigillis dicte ecclesie quo in talibus solet uti et dicti nostri conventus expedientis sigillatas, datas in dicto Romanomonasterio 07 apr 1492, Ecce quod dictus Dominus Johannes Guilliot curatus et abbergatarius predictus in eodem Romanomonasterio personaliter coram notario predicto et infrascripto constitutus... confitetur et recognoscit se nomine suo previato pro suo interesse seu pocius nomine ecclesie sue et nomine aliorum suorum consortium supra nominatorum tenere et possidere virtute dicti abbergamenti seu dicte dimissionis sibi facte a prefatis dominis commendatario et conventu Romanimonasterii de eorum feudo et totali dominio easdem tres posas vinee sive tacte ad culturam modo, forma, et condicionibus suprascriptas..., acta sunt hec in Romanomonasterio die et anno supra ultime scriptis, witnesses Petrus Mono et Petrus Callez burgenses dicti Romanimonasterii, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

113v Alia recognicio, Curatus Brussins de quadam vinea, 07 apr 1492, nos procuratores Reverendi Domini Commendarii Romanimonasterii et nos supprior et conventus dicti Romanimonasterii, notum facimus universis, quod cum in una posa vinee vultaliter appellata la Domp Williemoz sita in clauso Brussini de proprio demanio ecclesie quam tenet Nycolletus Baul gener quondam Girardi Boson ac culturam perpetuam sit jam a longo tempore et existat unius grossus acervus lapidum et circoncirca eundem increverint spine et diversa alias ligna ad eo quod dumas ipsa occupat fere unam fosseratam dicte vinee juxta vineam curati Brussini remanentem a borea, et vineam quam colit Petrus Gascon de demanio dicti castri Brussini a vento, et cum ipse acervus lapidum nisi fonditas eradicetur plus semper intrescens multo plus dicte vinee occupabit... , leased to the said curatus, similar to the conditions in the preceding

reconnaissance, witnesses Petrus Mono et Petrus Calliz burgensies Romanimonasterii, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

114 Nobilis Stephanus de Gland de Sancto Vincencio prope Brussins filius quondam Nobilis Petri de Gland, 1500, remainder of the words for the year along with indiction, day, and month left blank, informatus de recognicione alias per Nobilem Guilliermum de Gland eius avum facta in manibus Petri Jaquemardi, confitetur et recognoscit... 3 solidos bone monete de censu annuali, pro facultate sibi concessa ad eius requestum conducenda aquam de Lengollioux ad pratum suum de tegularia situm prope Brussinum juxta stratam a juria sicut in extenta dicti Jaquemardi jam habetur solvendo et quosolvere promittit pro se et suis, datum et actum ... (no more text, incomplete).

115 Recognicio de summitate clausi Brussini eis Grojehan abbergata, 27 mar 1496, quod cum superior pars videlicet summitas clausi nostri Brussini diu est sit et fuerit reversa in tactam in qua tacta jam creverunt dumi et nemora, et de clauso vinearum sempter dietim descendendo ipsa tacta crescat presterilitate, cum que eciam ex aquis defluentibus a nemoribus et costa existentibus supra dictum clausum multa sepe et maxime tempore inundacionum et pluviarum in eodem clauso proveniunt dampna deffectu videlicet alcuius defensionis et defensoris, quo fit ut dictus clausus non modicum recepit et recipit dietim determentum..., leased to Mermetus et Johannes Grojehan alias Gaulterii de Brussino, tres posas vinee seu tecta levatas in summitate dicti clausi per metas ibidem positas prout protenduntur de longo in longum juxta residuum dicti clausi a parte inferiori, et terram seu planchiam infrascriptam a parte superiori a juria, affrontat vinee dictorum abbergatariorum quam jam tenent a nobis ad census a borea, et supra rivum de Lengollioux a vento, et est sciendum quod dicte tres pose sunt in duobus morcellis quorum maior et latior est a parte venti, affrontans supra alveum des Dranchie? a borea, et alius est strictior? protendens a dicto alveo usque ad vineam dictorum abbergatariorum a parte boree... (various conditions).

115v Item, ultra predicta abbergatus dictam planchiam jam dumis et lapidibus plenas in duobus morcellis continentem fere unam posam cum dimidia sitam supra dicta tres posas quorum latior continens unam posam tangit dictam vineam per metas ibidem positas a parte inferiori a lacu, terram dictorum abbergatariorum et quoddam nemus a parte jurie, et affrontat supra Lengollioux a vento, et supra vineam prescriptam a borea, alius continet dimidiam posam et contiguus est dicte pose a parte venti, affrontat supra vineam dictorum abbergatariorum a parte boree, et tangit dictam vineam a parte lacus per metas ibi positas, et pratum dictorum abbergatariorum a parte jurie, various conditions, including a requirement to redirect the flow of water to prevent further damage, witnesses Johannes Wyvrat (Wybrat?) et Petrus Gascon de Chinaul de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fol. 116v is blank.)

117 Verney :

Ut anticorum relacio modernis pariat edificacionem et futuris provideat ad cautelam, maxime cum animus jocundetur relatu defunctorum gesta, videlicet eorum serutando unde providus efici (=effici) potest, placint huius extente recepti que fuerunt in Verney nomina et loca

suarum scribendo ad modum textoris hinc adungere opere ut ex hoc discat quisque mundum labere,

Fuerunt enim et erant tempore extente pilose (referring to Fj 68) et adhuc tempore extente Mermodi (referring to Fi 30) in Verney,

Primo, Bersetus Bertret cui successit Stephanus Warney, et casa eius erat in angulo massi Nicodi Galliard affrontans vie a borea et tangebatur viam a iuria cuius bona tenent les Jacco ex novo abbergamento. (*Successit* with the dative : “First, Bersetus Bertret, *whom Stephanus Warney succeeded...*”)

Item, Girardus Nusilliet (clearly written, the *N* is more than twice the height of the *u* ; this name has been transcribed as *Missilliet* in other documents, which may need to be reexamined) qui residebat in domo Nicodi Galliard.

Item, Jaquetus Michie qui (should probably be *cui*, dative) successit Clavel.

Item, Berthodus Michie cui successit idem Clavel et Galliard.

Item, Jochenodus Baul qui (almost certainly should be *cui*, dative) successit Agnisson eius filia uxor dicti Jaqueti Michie et inde idem Clavel.

Item, Perretus et Humbertus Calliat qui residebant in prato ante domum Nicodi Galliard et eorum bona tenent plures.

Item, Pernodus Besson qui residebat ante domum Clavel et eius bona tenet Besson de Dulicio ex successione.

Item, Mermetus Besson qui (should be *cui*, dative) successit Johanneta filia quondam Mermeti Mugneron et deinde eius liberi.

Item, Mondetus Blondel cui successit idem Mugneron.

Et de omnibus hiis nemo persistit nec restat preterea Nicodus Galliard monnerius de Verney.

117v Est itaque sciendum quod homines dicti loci de Verney esse solebant talliabiles et manus mortue sed tamen fuerunt affranchiti per Venerabilis et felicis recordie Dominum Johannem de Seyssello tunc priorem et eciam per conventum insignis prioratus Romanimonasterii ut constat instrumento dicti affranchimenti per Nycolletum de Valleres recepto et signato dato apud Romanummonasterium 28 dec 1403 quod eo quod in jam in extenta Foresii duplicatum est et duplum ipsius insertum hic obmisi transcribendum sed ad eandem extentam receptam per Foresii si et quando neccesse fuerit recursus habeatur. (See Fh 3, the terrier compiled by Perretus Foresii, fol. 54, for the text of the *affranchimentum*.)

118 Nicodus Galliard monnerius de Verney filius quondam Petri Galliard et Hugo et Guio liberi sui indivisi, 18 feb 1490, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa seu loco de Verney et territorio eiusdem et ibi circa, olim et ultimate in manibus et extenta Petri Jaquemardi recognitas per dictum Nicodum Galliard et pridem in extenta Foresii per Petrum Galliard alias de Sancto Boneto nomine Jaquete eius uxoris filie quondam Girardi Gonceru de Verney, et que pridem et antiquitus fuerunt tam Girardi Nusilliet, Perreti Calliat, et certorum aliorum hominum ligiorum dictorum dominorum residencium et focum fovencium in loco de Verney, et quas tenent ipsi pater et liberi communentim tam virtute successionis legitimis dicti Petri et aliorum suorum parentum quam titulorum jam in precedentibus extentis designatorum et exhibitorum, et quisquidem res licet in precedentibus extentis fuerunt in diversis particulis confusionem quasi inferentibus recognite et declarate pro tamen expedienciori declaracione et verifficatione tamquam bene de omnibus et singulis ad plenum per lecturam ipsarum extentarum informatus hic in presenti extenta recognoscunt et specifficant prout sequitur, (The reconnaissance of Girardus « Nusilliet » or Missilliet is found in Fj 68, fol. 56, and the original script could be read either as *nussilliet* or *missilliet*. There is no difference in the script and no use of the “uncial m” *ᵹ* nor strokes above the *i*’s in any example of this name that we have found, that would allow us to determine which is the correct reading.)

118v Et primo, domum suam in qua residet ipse confitens et dicti eius liberi sitam apud Verney cum casali et plateis acque pertinenciis suis contiguas et certis aliis etiam edificiiis que fuit antiquitus dicti quondam Girardi Nusilliet unacum etiam uno masso terre, ortorum, pratorum, vigulti, et ochie eidem domi a parte venti contiguo continente fere duodecim posas in quo includuntur diverse particule que in precedentibus extentis per dictum Nicodum fuerunt ut pretactum est limitate et etiam diverse alie particule de bonis et recognicionibus tam Aymoneti Clavel seu Nicodi de Bosco quam Stephani Warney seu Johannis de Parvoconsilio et Johannete filie quondam Mermeti Mugneron ac diversorum aliorum hominum et etiam quodundem censeriorum eorundem dominorum, ex acquisitione per dictum Nicodum Galliard tam per excambia quam empcionis factis a diversis partibus et hominibus in ipsis particulis tamen habentibus, constantibus instrumentis in presenti extenta exhibitis et sibi recognoscenti laudatis juxta viam publicam tenedentem per medium ville de Verney a lacu et borea, rivum de la Dulivaz et de Marest Vuilliet a juria et occidente, quandam viam tendentem a Dulicio ad molendinum subtus a vento, et viam publicam tendentem a Brussino ad molendinum superius a juria, juxta quam viam a juria, et a via a borea, usque ad rivum du Marest Vuilliet erat casale domus et pertinencie Stephani Warney predicti continentis unam posam cum dimidia. In quaquidem domo habet furnum suum ex permissione sibi facta per defunctum Dominum Johannem de Seyssello tunc priorem Romanimonasterii prout in extenta Foresii declaratur, et est sciendum quod super certa parte pertinenciarum dicte domus a parte venti solebat percipere predictus Warney ex antico accensamento octo denarios Lausannenses de pensione, quos octo denarios nunc debent et solvere tenentur eisdem dominis et qui sunt infra cum aliis censibus recogniti et inclusi, et ex ipso masso terre Petrus Gascon sartor de Brussino tenet in vadio precio sex librarum unam posam cum dimidia terre a parte jurie seu superiori, affrontantem super viam a borea et rivo de Marest Vuilliet a vento.

119v Item, ante dictam domum unam falquatam prati, ochie, et curtilis inclusa certa parte eiusdem que fuit alias recognita per Mermetum Mugneron et pridem et antiquitus fuit Mermeti Evrardi ex adquisito per quem supra Nicodum confitentem facto et sibi in presenti

extenta laudato juxta carreriam tendentem per villam de Verney a vento et juria, rivum de Verney a borea et lacu, et pratum seu ochiam heredum Petri Besson a vento.

Item, ibidem unum morcellum prati continentem fere unam falquatam in cuius morcelli angulo a parte venti erat casale Humberti Calliat et Bertodi Michie et in medio eiusdem erat casale dicti Besson et in ipso morcello includuntur diverse particule tam de presenti antica recognicione quam de recognicione dicti Clavel ex acquisito ut supra facto et in presenti extenta sibi laudato juxta carreriam de Verney a vento seu juria, rivum de Verney a borea seu lacu, pratum heredum Petri Besson a borea, et casale dicti quondam Aymoneti Clavel quod tenet Johannes de Dulicio a vento.

Item, unum campum situm ou Champ dou Molin continentem fere sex posas juxta aquam Dulive seu molendini domini quod tenet ipse confitens a borea, terram seu nemus heredum Pernodi Besson et ecclesie de Brussin a vento, affrontat aque Dulive a lacu, et nemori Petri de Sonarclens a juria seu occidente, ex quo tamen campo due pose site quasi in medio sunt et reperiuntur esse de feudo Petri de Sonarclens et tenet ipsas ab eodem dictus confitens et in dicto campo decima Brussini habet duas partes et decima de Luyn racione dictarum duarum posarum habent tercium.

Item, ou Champ soz Verney alias en Forchu circa sex posas terre in quibus includuntur diverse particule tam de presenti recognicione quam certa pars de bonis et recognicione Petri Besson ex excambio olim facto et de recognicione dicti Clavel fere tres pose et de recognicione Mermeti Mugneron certa pars ex empto et acquisito jam alias factis in in presenti extenta laudatis juxta terram heredum Perondi Besson a lacu, terram eis Mugneron et dicti confitentis de Champictet a jurgia, affrontat nemori dicti confitentis quod fuit dicti Clavel a vento, et vie publice tendenti a Verney ad Dulicium a borea.

120 Item, en Fussie circa tres posas terre inclusas certis particulis de presenti antica recognicione et una posa de bonis et recognicione dicti Clavel ex acquisito jam ut supra facto et inferius designato juxta terram liberorum Petri Monney a vento, viam publicam a borea, affrontat eidem vie a juria, et rivo de Fussie a lacu, ex quibus tribus posis due que fuerunt de antico tenemento a vento sunt invadiate Petro Rossel de Sancto Boneto precio sexaginta solidorum.

Item, dimidiam posam nemoris sitam loco dicto en Daganet juxta terram dicti confitentis de Fougero a vento, terram Johannis de Dulicio que fuit a Clavel a borea, tactam et nemus dicti Johannis de Dulicio que fuit a Warney a juria, et terram liberorum dicti Besson a lacu.

Item, reachetum perpetuum quod asserit se habere in et super dimidia posa terre sita en Ravachaul juxta terram Johannis dou Max que fuit Mermeti Evrardi a borea, terram Petri Gascon sartoris Brussini a vento, affrontat vie publice ab oriente seu lacu, et communi a juria, quam tenet dictus Johannes dou Max de Vinzel precio sexaginta solidorum in vadio ut dicit.

Item, unam posam terre sitam ibidem juxta terram Mermeti Tilliot a borea, terram Colleti Clarens a vento, et affrontat ut precedens.

Item, eciam tenent molendinum superius quod ex antico abbergamento tenere soliti sunt eius predecessores et tenet idem confitens cum aqua de la Dulivaz et ipsius fluxu decursu beczeria et pertinenciis suis quamtam pretendi (protendi ?) potest et debet acque solet situm prope Verney cum ochia retro contigua continente duas fosseratas juxta terram dicti confitentis supralimitatam seu aquam Dulive a vento, viam publicam a borea, terram dicti confitentis dou Champ dou Baptioux a juria, et terram ipsius confitentis dou Champ des Chappons a lacu.

120v Item, ou Champ dou Baptioux unam fortem posam cum dimidia terre unacum baptitorio in eadem sito et cursu aque Dulive neccessario inclusa dimidia posa ex eadem terre que fuit antiquitus de bonis eis Mestraul de Brussino et jam diu est accensata juxta aque Dulive a vento, viam publicam a borea, pascuam communem a juria, et ochiam eiusdem confitentis de molendino prescriptam a lacu, super qua dimidia posa terre inclusa que fuit dictorum Meistraulx solvit Nobili Petro de Sonarclens et eius uxori unum quarteronum frumenti et unum denarium Lausannensem de pensione annuali prout in precedenti extenta habetur, et in dictis molendino et baptito tenentur venire molere et baptire omnes homines dictorum dominorum mandamenti Brussini cum certis aliis.

Item, campum appellatum des Chappon continentem circa duas posas terre qui antiquitus fuit dicti Calliat et certa pars eius vendita per Jaquetum Gascon de Brussino juxta rivum de Marest Vuilliet a borea et lacu, semitam tendentem ad molendinum a vento, et viam publicam a juria.

Item, casale antiqui molendini de subtus juxta terram dicti confitentis ex tribus partibus a rivum de la Dulivaz a borea.

Item, unam falquatam prati sitam en la Longiroulaz en Curchamp juxta pratum Johannis de Dulicio quod fuit a Warney et a Clavel a borea, pratum dicti confitentis quod tenet ab heredibus quondam Oliverii Mistralis a vento, terram dictorum Grojehan a lacu, et pratum ipsorum Grojehan a juria.

121 Item, eis Emptoz unam posam cum dimidia terre inclusa dicta dimidia posa que fuit de bonis et recognicione eis Mugneron et antiquitus eidem Galliard excambiata ac in presenti extenta laudata juxta viam publicam a juria, quandam semitam a lacu, affrontat tacte Nobilis Hugonini de Gland a borea, et vie publice a vento.

Item, ibidem unam posam terre juxta terram Nicodi dicti Mugneron a lacu, terram liberorum Petri Monney a juria, affrontat terre Hugonini de Gland a borea, et terre Johannis de Dulit a vento, quasquidem duas posas cum dimidia eis Emptoz tenet relicta Petri Custu ? eiusdem Nicodi Galliard filia pro viginti libris bone monete in assertum sue dotis et cum reacheto.

Item, duas partes unius pose terre sitas ou Vie Baptiou alias ou Viez Mollin seu en la Longeroulaz incluso uno morcello ex eisdem qui fuit de bonis et recognicione dictorum Mugneron et dudum excambiato et in presenti extenta sibi laudato juxta terram heredum Petri Bosson a juria, terram Johannis de Dulit que fuit a Warney a vento et lacu, et affrontat terre dicti confitentis de Champpictet a borea.

Item, dimidiam posam terre sitam en Foz Rueriz juxta aquam Dulive a lacu, nemus Johannis de Dulicio a juria, nemus dicti confitentis de Rafondet a vento, et terram heredum Petri Besson a parte boree.

Item, unum campum appellatum Champ dou Fossaul continentem quatuor posas in quibus sunt incluse certe particule in precedentibus extensis in diversis locis limitate juxta pratum dicti confitentis et Nicodi Mugneron de Marest Vuilliet a juria, viam publicam a lacu et vento, et affrontat terre liberorum Petri Grojehan a borea.

Item, en Lochiz dou Mollin unam posam terre juxta viam tendentem a Dulicio ad molendinum subtus a borea, terram Johannis de Dulicio que fuit a Clavel a vento, affrontat aque Dulive a juria, et magne vie tendenti ad Dulicium a lacu.

121v Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Champ Pictet juxta aquam Dulive a juria, terram heredum Petri Besson a lacu, affrontat terre Johannis de Dulicio que fuit Stephani Warney a vento, et terre dicti Johannis de Dulicio que fuit Aymoneti Clavel de ochia Pactonat a borea.

Item, reachetum quod asserit se habere in et super una posa terre sita entre Verney (=en Tre Verney ?) videlicet ante Verney juxta viam publicam a borea, terram Stephani Reymondi a vento, affrontat terre eiusdem confitentis a juria, et terre Johannis de Dulicio que fuit a Warney a lacu, quam tenet Stephanus Reymondi de Vinsel in vadio precio novem librarum bone monete.

Item, unam posam terre sitam en Fougero juxta rivum de la Dulivaz a vento et lacu, rivum de Treverney a borea, et terram liberorum Petri Besson a juria.

Item, ante Verney unam posam terre juxta terram liberorum quondam Petri Monney a juria, terram Stephani Reymondi a juria et lacu, affrontat terre heredum Petri Besson a vento, et vie publice a borea.

Item, ibidem unam posam terre juxta terram Stephani Reymondi a borea, terram Petri Besson a vento, affrontat terre Johannis de Dulicio dou Champ de Palaz a lacu, et terre prescripte a juria.

Item, ibidem quatuor posas terre juxta terram dictorum heredum Petri Besson a borea, rivum de Verney a vento, et affrontat terre dictorum heredum Petri Besson a lacu et juria.

Item, reachetum perpetuum quod asserit se habere in et super tribus quarteronis frumenti annue pensionis in quibus tenetur Mermetus Tilliot pro certis terris sitis en Ravachaulx que fuerunt de bonis dicti Clavel et quos tenet Stephanus Montero in vadio precio sexaginta solidorum monete Lausannenses.

Item, en Rafondet unum massum nemoris continentem circa viginti posas nemoris qui est tam de antica eorum recognicione in precedentibus extensis in diversis particulis recognitis quam de bonis et recognicione quondam Aymoneti Clavel seu Nicodi de Bosco, Mermeti dicti Mugneron et Johannete eius filie, et Petri Besson ex adquisito per eundem Nicodum facto a

Stephano Curtet tunc bonatenente dicti Clavel tam de jure dicti massi de Raffondet quam certis aliis supra et infrascriptis rebus, constante instrumento dicti acquisiti per Anthonium de Combis notarium Brussini recepto et signato 21 jan 1485 in presenti extenta exhibito et laudato, et eciam ex certis excambiis cum dictis Mugneron et Besson factis et in presenti extenta sibi laudate juxta viam publicam tendentem a Verney ad Gland et tactas domini de Virier a juria, nemus es Mugneron quod fuit a Claval a lacu, nemus Guigonis de Chastillion quod tenet Petrus Rossel de Sancto Boneto a vento, et rivum de la Dulivaz a borea, quamvis forte intro vel circa aliqui inter sint morcella nemoris quos non tenet.

122 Item, de bonis et recognicione dicti Clavel seu de Bosco ex titulo pretacto circa tres posas terre sive nemoris sitas eis Vernallies juxta aquam Dulive a vento, terram de Forchu prelimitatam a juria et borea, et nemus de Mugneron a lacu.

Item magis, de eisdem bonis et recognicione a Clavel unam posam terre sitam ou Wau subtus Verney juxta Dulivam a juria et vento, terram es Mugneron a lacu, et terram Johannis de Dulicio que fuit dicti Warney a borea.

Item, eciam de bonis dicti Warney et recognicione Johannis de Parvoconsilio et deinde dicti Clavel seu Nicodi de Bosco ex dicto acquisito a dicto Curtet facto jam supra designato videlicet duas partes unius pose terre sitas loco dicto ou Carroz juxta terram eiusdem confitentis a borea, terram dicti quondam Clavel quam tenet idem confitens a vento et juria, et terram heredum dicti Besson a parte lacus, et pro premissis rebus domo, pertinentiis ? (uncertain abbreviation), masso, terris, ortis, pratis prelimitatis omnibus et singulis debere confitetur dictus Nicodus confitens et dicti eius liberi ymo (=immo) eciam pro molendini, baptitorio, nemoribus, et ceteris rebus prescriptis ultra onus homagii ligii ad quod astringitur eiusdem domino commendatario et conventui ac suis successoribus, inclusis in unum et summatis singulis particulis et censibus in precedentibus extentis particulater descriptis, Primo, videlicet octo denariis Gebennensibus. Item, una cupa frumenti et una alia cupa frumenti deinde quatuor denariis Gebennensibus et post hec quinque quateronis frumenti pro certis ex eisdem rebus domo videlicet et aliis sequentur limitatis quatuor parvis modiis et una cupa frumenti pro dicto molendino de Verney solvendis per quarta tempora prout in precedentibus extentis fit mencio, triginta solidos Lausannensibus pro dicto baptitorio solvendis eciam medietate in Nativitatis Domini et alia medietate in Nativitate Beati Johannis Baptiste prout in precedentibus extentis eciam fit mencio. Item, decem solidis Lausannensibus ratione certarum rerum ex eisdem premissis que fuerunt Johenodi et Johannis Bastard et diversorum aliorum. Item, quatuor solidis Lausannensibus ratione dicti campi appellati des Chappons. Item, viginti quatuor solidis Lausannensibus pro certis ex predictis rebus promiscue insertis que fuerunt Bertodi et Jaqueti Michie et Humberti Calliat. Item, novem solidis Lausannensibus pro certis aliis ex prelimitatis rebus que fuerunt Perreti Calliat, et uno bicheto frumenti mesure Albone pro certa parte ipsarum rerum que fuerunt dicti Humberti Calliat, inclusis preterea uno quarterono frumenti et duabus partibus unius alterius quarteroni frumenti, tercio unius quarteroni olei, et decemseptem solidis Lausannensibus pro aliis diversis rebus que fuerunt de temento et bonis dicti Clavel per dictum Nicodem de Bosco recognitis in predictis rebus supra promiscue insertis et eciam prelimitatis, et hoc tam in deductionem censuum recognitorum per dictum Clavel et Nicodum de Bosco quam ex novo censu imposito ratione depericionis homagii in presenti extenta deffectu domus dispersi facta debita carculacione (=calculatione) cum aliis tenementariis dictorum

bonorum ut decet, inclusis etiam viginti denarios pro dictis rebus que fuerunt dicti Vuarney seu Johannis de Parvoconsilio ultimo et pridem designatis in deductionem censuum recognitorum per dictum quondam Johannem de Parvoconsilio, in quibus includuntur octo denarii de quibus supra. Conversis denariis Gebennenibus ad Lausannenses uno videlicet singulo grosso Gebennensi ad quatuordecim denarios Lausannenses, deductisque eidem confitenti de predicto frumento pro molendino debito et supra incluso spacio tamen viginti annorum tempore quinque cupis frumenti per venerabiles viros Fratres Glaudium Michaudi magnum celerarium dicti Romanimonasterii et vicarum modernum Romanimonasterii suppriorumque et conventum eiusdem loci tam intuitu pretatis occasione depericionis focorum villagii de Verney ubi tempore abbergamenti facti de dicto molendino comperiuntur relacione extentatarum fuisse novem foci et ubi non visi ? ipse confitens cum suis dictis liberis degit, etiam in Brussino et Dulicio magna quantitas focorum ruit quam certis aliis bonis respectibus ut in capitulo eiusdem Romanimonasterii laudata instrumento per manus mis dicti commissarii 24 may 1489 et sigillis eiusdem prioratus et etiam conventus sigillato plenius apparere postest, hiis igitur omnibus et singulis debite inclusis carculatis (=calculatis) summatis deductis et allocatis, videlicet, viginti tres cupas et duos quarteronos et duas partes unius alterius quarteroni mesure Nividuni, et duos quarteronos mesure Albone boni et receptibilis frumenti, tercium unius quarteroni olei ad mensuram Brussini, et octo florenos parviponderis monete Sabaudie et decem denariis Lausannensibus de censu annuali solvendo, videlicet frumentum dicti molendini per quarta tempora, et argentum baptitorii medietatem in Nativitatis Beati Johannis Baptiste et aliam medietatem in festo Nativitatis Domini, et residuum in dicto festo Nativitatis Domini, et oleum in Carnisprevio Laycorum, in manibus receptoris Brussini prout hactenus est consuetum et quocunque impedimento cessante.

123v Item magis, tenet et se tenere confitentur sub onere dicti sui homagii et prout inferius declaratur de antico demanio casto Brussini ex abbergamento jam dudum facto dicto quondam Petro Galliard duas posas vinee vel circa sitas in clauso de Brussinel subtus domum Johannis Richoz ex quibus dimidia posa erat alias abbergata dicto Michalliz et ipsam tenuit dum residuo quod tenet de dicto clauso et noviter eandem remisit dicto Nicodo Galliard confitenti prout in presenti extenta fidem fecit juxta viam publicam a vento, terram quondam Glaudii de Brussinel a lacu, et residuum dicti clausi quod tenet dictus Michalliz a juria, et etiam quod tenent les Jacco a borea, in quibus duabus posis vinee prefati domini commendatarius et conventus habent levare tercium tocius vini seu musti in eisdem crescentis tantum sine decima et alie due partes remanent eidem confitenti pro sua pena et labore colendi, que cultum debet esse ad usum viticolarum in ibi hactenus observatum et ipsas tenetur colere bene decenter et debite et jus dictorum dominorum Romanimonasterii ad Brussinum ad torcular eorundem dominorum suis expensis ? adducere et vindemiacionem debite significare prout solet fieri.

124 Item, etiam ex dicto demanio virtute permutacionis jam dudum facte inter Reverendum Dominum Johannem de Juys tunc priorem dicti Romanimonasterii et predictum Petrum Galliard prout idem Nicodus confitens jam in extenta Jaquemardi recognovit, videlicet quatuor posas vinee sitas en la Jonchieriz in clauso Brussini ex quibus tamen certa pars est in marescum juxta viam publicam tendentem ad Corgieres a borea, fossale de vinsel a vento, tactam vacantem Petri Benedicti a juria, et vineam Glaudii de Pictigniaco domicelli a lacu, in quibus ipsi dominus commendatarius et conventus habent percipere in vindemiis tercium tocius vini seu musti crestentis in eidem tantum sine decima ut dicit, et alie due partes remanent dictis

confitentibus pro pena et labore suis culture dicte vinee que debet esse ad usum viticolarum de duobus annis fodere quinque vicibus putare propagare dessortellare et de manu et ligone colere in bona satione secundum consuetudines in ibi usitates et observates, et ultra ea tenetur notificare eisdem dominus seu euorum factori vindemacionem dicte vinee tribus diebus ante..., witnesses Franciscus Flamen habitator Brussini et _____ (blank space) Baleyson residens apud Dulicium, with signature and parappe of Aymonetus Pollens.

125v Hugoninus Galliard de Verney filius dicti quondam Nicodi Galliard de Verney, suo et Guioneti eius filius nominibus, 10 dec 1500, de feudo et homagio nobili ad quod predecessores Petri de Sonarclens videlicet Petrus filius quondam Johannis de Dulicio tenebatur ecclesie dicti Romanimonasterii per lecturam instrumenti recognicionis dicti homagii manu Nicolay Benedicti signati 21 oct 1377, in quo recognovit Reverendo Domino Henrico de Siviriaco tunc priori Romanimonasterii inter cetera quoddam molendinum suum situm apud Verney cum cursu aque et juribus suis juxta aquam Dulive, confitetur et recognoscit dictus Hugoninus quod Petrus de Sancto Boneto alias Galliard avus dicti confitentis edificavit in cursu aque Dulive unum molendinum quod vulgaliter dicitur molendinum subtus, juxta aquam Dulive a borea et lacu, et terram eiusdem confitentis que movetur a dicto Romanomonasterio a vento et juria, et hoc fuit virtute certi abbergamenti per dictum Petrum de Dulicio facti dicto Petro Galliard alias de Sancto Boneto de casali molendini supra recogniti et sub spe illum vel alterum redifficandi, constante instrumento dicti abbergamenti per Perretum Bapchie recepto 28 dec 1417 per quondam Dominum Johannem de Juys tunc priorem Romanimonasterii manu Foresii 23 oct 1434 laudato in presenti recognicion exhibito, unde tenet et se tenere confitetur eundem molendinum subtus de retrofeudo dicti Romanimonasterii quod tenet in homagium nobile dictus Petrus de Sonarclens supralimitatum ex dicto abbergamento sit ut prefertur laudato, et quod quidem molendinum fuit in extenta Jaquemardi recognitum per Franciscum de Sonarclens, in quo ex dicto abbergamento potest molere dictus Sonarclens sine emina et post eum quem inveniet molentem in eodem molendino, et preterea percipit ab eodem confitente super ipso molendino septem bichetos frumenti mesure Nividuni de censu annuali et quia eundem feudum fuit de novo per eundem Petrum de Sonarclens recognitum... , witnesses *Franciscus Fabri de Castro* (this is probably Franciscus Roberti alias Fabri) et Dionisius Mosserat de Brussino, with signature and parappe of Aymonetus Pollens.

128 Dulicium

128 Nicodus et Petrus ac Petrus liberorum quondam Mermeti Mugneron de Dulicio (Petrus eius frater antenatus de consensu voluntate et in presencia ipsius Nicodi et alterius Petri eius fratris – it is the elder Petrus who actually makes the reconnaissance *cum dictis Nicodo et Petro pro indiviso*), 20 may 1489, res et possessiones quas pridem recognoverat dictus Mermetus eorum pater et Johanna eius filia que fuerunt quondam Mermeti Besson in manibus et extenta Jaquemardi sub uno tantum homagio fueritque per eundem Chableti ? commissarium eisdem filiis data sufferta perpetua et facta adunacio dictorum duorum homagiorum in unam pro duodecim denarios Lausannenses annui census tunc impositis... (reference to instrument recorded by dictus Chableti dated 17 jul 1485), res et possessiones pretactas et infrascriptas sitas et jacentes in loco et confinio de Verney et in villa et confinio de Dulicio alias ultimate in manibus et extenta dicti Jaquemardi recognitas per dictum quondam Mermetum Mugneron tam pro se de rebus que antiquitus fuerunt Perrete filie Martini Mugnerii de Dulicio quam nomine

Johenete eius filie et de bonis que fuerunt Mermeti Besson eiusdem Johenete patris, et quas tenent ipsi fratres conjunctim ex successione dicti quondam eorum patris quam virtute remissionis jam dudum facte per dictam Johenetam eorum sororem paternam constante instrumento per Anthonium de Migeran recepto et jam diu est laudato, et quas licet in precedentibus extensis fuerunt in diversis et pluribus particulis confusionem quasi inferentibus recognite, hic tamen presenti extenta tamquam bene et omnibus informatus pro clariori designatione recognoscit et specificat ut sequentur,

129 Et primo, duo casalia domus ad ochiam reducta continentem circa unam fosseratam terre sitam apud Verney ubi antiquitus erant domus Mermeti Besson et Mondeti Blondel juxta ochiam Nicodi Galliard de Verney que fuit a Clavel a juria, pratum Johannis de Dulicio quod fuit Petri Besson a lacu, viam publicam a vento, et rivum de Verney a borea, asserit tamen quod Johannis de Dulicio occupat eadem ad presens cum dicto prato suo de eius tamen voluntate.

Item, quoddam aliud casale in quo erat edificata domus dicti quondam Mermeti Besson cum pertinenciis continens unam fosseratam juxta viam publicam a borea et juria, et terram dictorum Besson a lacu et vento, et jacet ibidem prope alia duo.

Item, duas posas terre sitas ibidem prope in Verney en Lochiz subtus Verney en la Curtaz Rayz juxta terram Johannis de Dulicio que fuit a Warney a juria, terram Nicodi Galliard que fuit a Clavel a lacu, affrontat aque Dulive a vento, et terre dicti Galliard a borea.

Item, en Daganet unam posam nemoris juxta nemus Nicodi Galliard a juria, terram Johannis de Dulicio que fuit a Vuarney et terram dictorum Besson a lacu, affrontat terre ipsorum Besson a borea, et aque de la Dulivaz a vento.

129v Item, en Milluen circa tres posas terre tam de bonis dicti quondam Mermeti quam dicte Johenete eius filie juxta terram Petri Paliex alias Besson de Dulit a vento, nemus Johannis de Dulicio quod fuit a Warney a borea, affrontat rivo de Fussie a lacu, et terram (should be *terre*) dicti Petri Besson a juria.

Item, ex parte dicte Johenete unum morcellum prati continentem duas falquatas sitam en Marest Vuilliet alias en Lochiz juxta pratum Mermeti et Johannis Grojehan a borea, et pratum eiusdem Nicodi Galliard quod fuit Johannis de Bornes a lacu, et rivum de Verney a juria, cuius medietatem dictus Nicodus Galliard solebat tenere sed jam et diu est ut dicitur est reempta.

Item, tam ex parte dicte Johenete quam dicti Mermeti Mugneron et eciam de bonis et recognicione dicti Nicodi Galliard ex excambio cum eodem facto in contrarium certarum rerum quas tenet de presenti tenemento, res sequentes sitas tam in Magno quam Parvo Rafondet,

Et primo, duas posas nemoris juxta nemus Petri Besson a lacu et juria, nemus dicti Nicodi Galliard quod fuit a Clavel a borea, et nemus eiusdem Galliard quod fuit de eius antico tenemento a vento.

Item, ibidem unam posam nemoris juxta nemus dicti Nicodi Galliard a lacu, nemus Petri Besson a juria, nemus dicti Galliard a borea, et eciam nemus eiusdem Galliard a vento.

Item, ibidem duas posas nemoris indivisas cum dicti Galliard habente unam posam ex eisdem duabus posis ex parte dicti Clavel loco dicto ou Pety Rafondet juxta nemus Johannis de Dulicio quod fuit a Warney a lacu, nemus eiusdem Galliard quod fuit de eius antico tenemento a juria, viam publicam tendentem a Dulicio ad Gland a vento, et aquam de la Dulivaz a borea.

130 Item, ibidem unam posam nemoris juxta nemus liberorum Petri Monney a borea et lacu, nemus dicti Galliar quod fuit dicti Clavel a juria, et nemus Johannis de la Mar a vento.

Item, ibidem circa duas posas nemoris juxta nemus liberorum quondam Petri Monney a vento et juria, et Dulivam a borea et lacu.

Item, ex parte dicti Mermeti Mugneron res sequentes,

Primo, en Sorbey unam posam cum dimidia terre juxta terram dictorum de la Mar et plures contors a lacu, viam publicam tendentem a Dulicio ad Brussinum a juria, terram Glaudii de Mari a vento, et terram liberorum Petri Monney a borea.

Item, subtus Dulit en Pierraz Mouraz unam posam terre juxta viam tendentem a Rotulo ad Nividunum a lacu, terram eis Jacco et castaneariam eorundem confitencium a juria, affrontat vie que tendit a Dulicio ad lacum a vento, et castanearie eorundem confitencium a borea.

Item, ibidem dimidiam falquatam prati loco dicto en Seragie juxta viam publicam a lacu, terram Guilliemi Jacco a vento, terram eiusdem Jacco quam tenet a Petro de Sonarclens a juria, et viam tendentem a Dulicio ad lacum a borea.

Item, circa unam posam castanearie sitam en Pierraz Mouraz en la Grussaz ? alias en Grifferel ? inclusa certa parte que fuit de bonis et recognicione Girardi Jacco ex empto per ipsos Mugneron facto sub tamen reacheto precio viginti quatuor solidorum a Michaelae Jacco et in presenti extenta sibi laudato juxta castaneariam Petri de Sonarclens a juria, viam publicam a lacu, et castaneariam eorundem confitencium inde a vento.

Item, ibidem ou Jonchex tam ex parte dicti quondam Mermeti Mugneron quam de bonis alias recognitis per Hugoninum de Mari ex excambio olim facto inter eos et in presenti extenta sibi laudato dimidiam falquatam prati juxta iter publicum a vento et juria, pratum Johannis de Dulicio a lacu, et vineam Glaudii de Mari a borea, ex qua tamen una pars a parte lacus dicitur esse astricta ecclesie de Brussinel ad decemocto denarios Lausannenses census sive pensionis et continet unam fosseratam cum directo dominio ut asseritur.

130v Item, ibi prope entre Deux Bois tres posas terre de quibus certa pars a parte venti fuit de recognicione Petri de Dulicio antenati et jam dudum acquisita et laudato juxta terram Stephani Reymond a borea, castaneariam dictorum confitencium a vento, affrontat terre liberorum Petri Monney a juria, et vie publice a lacu, super qua parte inclusa que fuit dicti Petri de Dulicio Petrus de Sonarclens percipit certam pensionem castanearum.

Item, prope Verney subtus Marest Vuilliet unum parvum morcellum prati vacantem juxta pratum Nicodi Galliard a juria, iter tendens a Brussino ad Dulicium a lacu, et affrontat communi hinc et inde.

Item, ex parte dicte Johenete unam fosseratam vinee sitam loco dicto en Rechiniard (clear, distinct strokes over the two i's) juxta vineam Petri Pallier alias Besson a vento, vineam Glaudii de Mari que fuit Stephani Warney a borea et lacu, et vineam liberorum Petri Monney a juria.

Item, reachetum quod asserit se habere in una falquata cum dimidia prati sita en la Sougetaz en Pra Rion ex parte dicte Johenete Mugneron juxta pratum Petri Benedicti a vento, pratum Johannis de Dulicio quod fuit Mermeti Evrardi a borea, prata plurium personarum a lacu, et pratum Stephani Reymondi que fuit a Tilliot seu a Fonjallaz a juria, quam tenet Johannes de Dulicio in vadio precio decemseptem florenorum parviponderis constantibus instrumentis per Petrum de Migeran receptis.

131 Item, reachetum quod asserit se habere et habet in et super una posa cum dimidia terre sita en Melley alias eis Emptoz alias in precedenti extenta per dictam Johannetam recognitam in duabus particulis juxta terram Hugonini de Gland a borea, terram liberorum Petri Monney et Petri Besson a vento, affrontat terre que fuit Humberti Calliat quam tenet Nicodus Galliard a juria, et terre Petri Rossel de Sancto Boneto a lacu.

Item, super una alia posa terre sita ibidem juxta terram liberorum Petri Monney a lacu, terram Nicodi Galliard a juria, affrontat terre Petri Rossel a borea, et terre que fuit a Warney a vento, quas tenet in vadio Anthonius de Combis precio decem florenorum constante instrumento per de Riva recepto 28 may 1485.

Item, reachetum perpetuum quod asserit se habere et habet in et super una posa terre sitam en Leysellet ex parte dicte Johenete juxta terram liberorum Petri Monney a [vento, ?] terram Mermeti Plat et plurium aliorum a lacu, terram Johannis de Dulicio a borea, et rivum de Fussie et viam publicam a juria, quam tenet Petrus Rey de Brussinel nomine dotis quondam uxoris sue pro decem florenis parviponderis.

Item, reachetum quod asserit se habere et habet in et super duabus morcellis prati sitis en Mellie quorum unus continet unam falquatam ex parte dicte Johenete juxta terram Anthonii Evrardi a juria et vento, pratum Johannis de Dulit quod fuit a Vuarney a lacu, et pratum Johannis dou Max a borea, alius est ex parte dicti Mermeti Mugneron continens dimidiam falquatam juxta pratum Johannis dou Max a vento, pratum Petri Gascon a borea, terram Anthonii Evrardi a juria, et pratum Hugonini de Gland a lacu, quos duos morcellos tenet Petrus Gascon sartor de Brussins in vadio precio sex florenorum parviponderis constante instrumento per Philibertum Oyselli recepto 03 feb 1486.

131v Item, reachetum quod asserit se habere et habet in et super uno morcello ochie sito en la Berclaz retro domum quondam Petri Monney continente quartum unius pose qui fuit tam de bonis et tenemento dicti quondam Mermeti Mugneron quam dicti Petri Monney ex excambio invicem cum dicto Petro Monney facto et sibi in presenti extenta laudato juxta terram

Stephani Reymondi a iuria, ochiam liberorum Petri Monney a lacu, et viam publicam a borea, quam ochiam totam tenent ipsi liberi Petri Monney in vadio precio ut dicit duodecim florenorum parviponderis ut constat instrumento per Philibertum Oyselli recepto et signato acque exhibito.

Item, reachetum quod asserit se habere et habet in et super dimidia falquata prati sita ou Pra dou Pey juxta pratum Glaudii Boson de Gillier a iuria, pratum Petri de Sonarclens a borea, pratum Hugonini de Gland a lacu, et pratum liberorum Johannis Bertet a vento, quam tenet Johannes de Dulicio in vadio precio ut dicit quinque florenorum cum quodam morcello prati sito juxta viam publicam a vento, et quendam russellum a borea, in territorio de Verney constante instrumento per Stephanum Besson recepto 08 may 1480.

Item, reachetum quod habet in et super dimidia posa terre sita en Croschet juxta terram eis Jacco a vento, terram liberorum Petri Monney a borea, affrontat terre que fuit Stephani Warney a iuria, et castanearie Petri de Sonarclens a lacu, quam tenet Johannes de Dulicio in vadio precio sex florenorum ut dicit idem confitens.

Item, tenet idem confitens ut supra et ut dicit de eius antico tenemento unam fosseratam vinee sitam subtus Dulit eis Vignietes juxta viam publicam tendentem a Dulicio ad lacum a borea et lacu, vineam Johannis de Dulicio et Petri de Sonarclens a vento, et vineam dicti Johannis de Dulicio a iuria, quamvis modo teneat eandem dictus Johannes de Dulicio in vadio precio sexdecim solidorum ut dicit idem confitens, cense dimidio quarterono frumenti, duabus partibus unius quarteroni olei, et viginti uno solidis Lausannenses et decemocto denariis Gebennenses pro rebus que fuerunt dicte Johenete Mugneron supra promiscue limitatis, duodecim denariis Gebennenses jam alias in extenta Jaquemardi eidem Johenete impositis de novo servicio pro sufferta non residendi et focum faciendi in Verney prout in dicta extenta mencio habetur.

Item, eciam inclusis septem bichetis et tercio unius quarteroni frumenti mesure Nividuni et uno quarterono frumenti measure Albone et tribus denariis Gebennenses et uno bicheto nucum ad mensuram Nividuni pro aliis rebus que fuerunt dicti quondam Mugneron eciam suprapromiscus limitatis, et duodecim denarios Lausannenses in presenti extenta ut prehabetur pro sufferta et adunacione dictorum duorum homagiorum sibi impositis, deductis eciam eisdem confitentibus duobus solidis Lausannensibus per Johannem de Dulcio pro dimidia posa terre sita subtus Chie (=Chez) Jacco supra Rechiniard (faint strokes over the i's) et sub condicione quod si ex universali equacione censuum predictorum dum continget fieri si dicta dimidia posa plus fuerit a dictis duobus solidis onerata illud plus eciam supportare tenebitur, et uno quarterono frumenti per Johannem de Dulicio seu Petrum de Sonarclens pro quadam terre sita en Tonye, reducta moneta Gebennense ad Lausannensem hoc est computato singulo grosso Gebennense pro quatuordecim denariis Lausannensibus, videlicet, tres cupas unum quarteronum cum dimidio et tercium unius quarteroni frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni et unum quarteronum frumenti receptibilis ad mensuram Albone, duas partes unius quarteroni olei ad mensuram Brussini, unum bichetum nucum ad mensuram Nividuni seu Brussini, et viginti tres solidos et duos denarios cum obolo Lausannenses de censu annuali solvendo.

132v Item magis, tenent ipsi fratres et se tenere confitetur dictus Nicodus nomine quo supra de bonis et recognicione Nicodi de Bosco alias Clavel ex empto facto a Stephano Curtet

causam habente a dicto Clavel et sibi in presenti extenta laudato videlicet dimidiam falquatam prati sitam en Marest Vuilliet in territorio de Verney alias en Lochiz juxta pratum eiusdem confitentis supralimitatum a borea, viam publicam a vento, pratum confitentis de Brussino a juria, et pratum Nicodi Galliard quod fuit Johannis de Bornes a lacu, pro qua debere confitetur in deductionem censuum dicti quondam Clavel ex equancia facta cum aliis tenementariis videlicet octo denarios Lausannenses de censu ut supra solvendo.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Mermeti Evrardi de Brussino ex acquisito per Mermetum Mugneron facto a dicto Evrard constante instrumento per Anthonium Migerand recepto 02 aut 1445 et dicto quondam Mermeto Mugneron laudato per Dominum Petrum de Sauverniaco tunc vicarium et admodiatarium dicti Romanimonasterii et in presenti extenta exhibito circa duas posas terre ad pratum reductas sitas en Marest Vuilliet juxta terram dicti Evrardi a borea, terram Petri Beney a parte lacus, pratum eiusdem Mugneron confitentis supralimitatum a vento, et iter publicum quodam itinere intermedio a juria.

Item, duodecim denarios Lausannenses quos sibi debebat idem Mugneron pro quodam morcello vinee sito en Rechiniard quem tenet Johannes de Dulicio ex empto ab eodem Mugneron, onus autem census supportatur per eundem Evrardi ad presens occasione guerencie.

Item magis, de bonis [et] recognicioneque confratrie Brussini ex accensamento jam dudum facto et laudato dimidiam posam tacte sitam loco dicto en Marest Vuilliet juxta pratum dicti confitentis prelimitatum quod fuit a Clavel a lacu, pratum eiusdem confitentis prelimitatum quod fuit Evrard a borea, et viam seu rivum a juria et vento, super qua solvit confratrie Brussini sexdecim denarios Lausannenses de pensione per annum et ideo supportat ipsa confratria censum si quem debeat, witnesses Nicodus Galliard de Verney et Franciscus Flamen, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens. Further notation, fol. 133v : « Sunt preterea de dicto homagio eis Mugneron dimidia posa terre sita en Tonye quam tenet Petrus de Sonarclens et pro ipsa debet unum quarteronum frumenti de censu, et dimidia posa en Rechiniard quam tenet Johannes de Dulicio pro qua debet ii solidos census. » Followed by additional notation on fol. 134 : « Quia res et possessiones dicti homagii des Mugneron supra in eorum recognicione descripte fuerunt postea adjudicate domino Romanimonasterii ob deffectum tenementarii et ad eius manus reversa deindeque de novo abbergato perpetue Johanne Jacco seniori fabro de Dulit et eius fratribus cum certis condicionibus ideoque sequitur confession suis. »

134 Johannes Jacco senior de Dulicio faber suo et Stephani acque Johannis fratrum suorum indivisorum nominibus, recognicio noviter facta, 27 mar 1496, res et possessiones sequentes jam supra in recognicione dictorum Mugneron ante scripta ad plenum designatas, et que deffectu tenementarii et solucionis censuum eciam virtute abandonacionis et quictacionis per Nicodum Mugneron in indicio factarum eisdem domino commendatario et conventui in curia Brussini adjudicate fuerunt, et quas idem Nicodus Mugneron in presenti extenta et manibus notarii commissarii subscripti jam pridem sicut prehabetur recognovit sub uno solo homagio et censibus subscriptis sitas et jacentes in villis et confiniis de Verney et de Dulit,

134v Et primo, duo casalia domus ad ochiam reducta continentia circa unam fossoratum sitam apud Verney ubi antiquitus erant domus Mermeti dicti Besson et Mondeti Blondel quondam.

Item, quoddam aliud casale in quo erat edificata domus dicti quondam Mermeti Besson cum pertinentiis continens unam fosseratam.

Item, duas posas terre en Lochiz subtus Verney Curtareyz.

Item, en Daganet unam posam nemoris.

Item, en Milluen circa tres posas terre.

Item, ex parte dicte Johenente unum morecellum prati continentem duas falquatas situm en Marest Vuilliet alias en Lochiz.

Item, tam ex parte dicte Johannete quam dicti quondam Mermeti Mugneron et eciam de bonis et recognicione Nicodi Galliard ex excambio cum eodem facto in contrarium certarum rerum tenet res que sequuntur tam in Parvo quam Magno Raffondet,

Et primo, duas posas nemoris.

Item, ibidem unam posam nemoris.

Item, ibidem duas posas nemoris.

Item, ibidem unam posam nemoris.

Item, ibidem circa duas posas nemoris.

Item, ex parte dicti Mermeti res sequentes,

Primo en Sorbey unam posam cum dimidia terre.

Item, subtus Dulit en Pierraz Muraz unam posam terre.

Item, ibidem dimidiam falquatam prati sitam en Saragie

Item, circa unam posam castanearie sitam en Pierre Moraz en la Grassaz en Gufferel ?

Item, ibidem en Jonchex dimidiam falquatam prati.

Item, ibidem prope entre Doboys (=entre deux bois) tres posas terre.

Item, prope Verney subtus Marest Vuilliet unum parvum morcellum prati vacantem.

Item, ex parte dicte Johannete unam fossoratam vinee in Rechiniard.

Item, reachetum duarum falquatarum cum dimidia prati en la Sougetaz seu pocius unius falquate cum dimidia.

Item, rechetum unius pose cum dimidia terre site en Melley alias eis Emptoz.

Item, [rechetum] unius alterius pose terre site ibidem.

Item, rechetum unius pose terre en Leysella.

135 Item, rechetum duorum morcellorum prati sitorum loco dicto en Melley.

Item, rechetum unius morcelli ochie sito loco dicto en la Berclaz retro domum Petri Monney.

Item, rechetum dimidie falquate prati site ou Pra dou Pey.

Item, rechetum quod habet super dimidia posa terre en Croschet.

Item, subtus Dulit unam fosseratam vinee eis Vignyetes juxta et secundum confines in eadem recognicione Nicodi Mugneron antescripta designatos ad quam relacio habeantur, et pro ipsis rebus pretactis debere confitetur dictus Johannes nomine quo supra ultra onus homagii ligii eisdem dominis commendatario et conventui inclusis omnibus parcellis jam in dicta recognicione antescripta designatis videlicet, tres cupas unum quarteronum eundem et tercium unius quarteroni ad mensuram Nividuni et unum quarteronum ad mensuram Albone boni et receptibilis frumenti, duas partes unius quarteroni olei mesure Brussini, unum bichetum nucum ad dictam mensuram, et vigniti tres solidos et duos denarios cum obolo bone monete Lausannenses de censu solvendo.

Item magis, de bonis et recognicione Nicodi de Bosco alias Clavel dimidiam falquatam prati sitam en Marest Vuilliet in territorio de Verney en Lochiz ubi supralimitatam, cense 8 denarios Lausannenses.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Mermeti Evrardi duas fosseratas terre seu prati sitas en Marest Vuilliet ubi suprarecognitas, sub onere census per dictum Evrardi recogniti, witnesses Hugoninus Galliard de Verney, Symondus de Combis de Dulicio, et pluribus aliis testibus, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

136 Johannes Jacco antenatus faber filius Johannis Jacco de Dulicio filii quondam Girardi Jacto, suo et Johannis, Petri, Stephani, Johannis, et Petri fratrum suorum indivisorum nominibus (yes, the text says that this family had 3 sons named Johannes, 2 named Petrus, and 1 named Stephanus), tanquam maior natu et rector hospicii, 20 may 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Dulit alias et ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per dictum quondam Girardum Jacco, et quas tenet ipsi confitens et eius fratres virtute remissionis de ipsis omnibus bonis facte dicto Johanni patri dicti confitentis et Guiliermo Jacodi per Venerabilem Fratrem Jacobum Gallerii decanum Paterniaci et vicarium acque certis admodiarios dicti Romanimonasterii quibus *ex confiscacione dicti quondam Girardi Jacco* pertinebant constante instrumento dicte remissionis per Petrum Chableti quondam commissarium presencium extentarum recepto et dato 20 aug 1475 ymo pocius virtute abbergamenti perpetui per Venerabilem virum Fratrem Glaudium Michaudi magnum celerarium dicti

Romanimonasterii vicariumque et admodiatarium eiusdem loci et conventum eiusdem loci causam habentem in ipsis bonis per Johannem et Guiliermum fratres et Michaellem eorum nepotem dictos Jacco de omnibus ipsis bonis facte in iudicio et eciam virtute adjudicacionis de ipsis bonis facte in curia castellanie Brussini 17 jul 1485 per Stephanum de Riva recepto sibi dicto confitenti et dictis suis fratribus facti per me dictum commissarium recepti 20 mar 1485 (anno domini quo supra), et quequidem res fuerunt antiquitus Perrissone filie Johannis Monney avie dicti Girardi Jaccodi,

136v Et primo, domum ipsorum confitencium sitam in villa de Dulit cum casali, curta, et pertinenciis suis et una posa ochie et terre eidem domi contigua inclusa dimidia posa ex eadem que antiquitus fuit predecessoribus suis accensata per quondam Aymonetum Monney juxta ochiam Nicodi Mugneron a iuria et borea, semitam tendentem a Dulicio ad Sanctum Bonetum a lacu, et affrontat vie tendenti per villam de Dulit a vento, super qua dimidia posa inclusa solvunt liberis Petri Money virtute dicti accensamenti unam cupam frumenti de pensione annuali.

Item, unam peciam terre sitam en Sorbey alias en Grand Pont continentem circa tres posas cum dimidia alias in precedentibus extensis in diversis particulis recognitas inclusa eciam una posa ex eisdem que fuit de bonis et recognicione a Clavel et pro qua debebantur eidem duodecim denarios annuales infra inclusi juxta viam publicam tendentem a villa de Dulit ad Brussinum a borea, quandam aliam viam tendentem a Dulicio ad Verney a vento, affrontat vie predicte tendenti ad Brussinum a lacu, et rivo de Fussie a iuria.

137 Item, duas partes unius pose terre sitas en Gufferel ? (possibly Grifferel ?) juxta castaneariam Johannis de Dulicio et plurium aliorum a iuria, terram et castaneariam Nicodi Mugneron a borea et lacu, et terram quam tenent Glaudius et Johannes de Mari a vento.

Item, duas posas terre sitas en Croschet juxta castaneariam Nobilis Petri de Sonarclens a lacu, terram eiusdem de Sonarclens quam colit Petrus Savignye a iuria, terram Nicodi Mugneron a borea, et castaneariam quam tenet idem Jacco a Petro de Sonarclens a vento, ex quibus tamen Johannes de Dulicio tenet duas partes a borea in vadio a Michaelle Jacco precio ut dicitur duodecim florenorum, et quod reachetum idem Michael remisit et quictavit eidem confitenti in presenti extenta ut constat instrumento dicte remissionis dato 21 mar 1489 ex quo ipse confitens redimire valet.

Item, reachetum perpetuum quod asserit se habere et habet in et super uno morcello castanearie continente unam bonam fosseratam sito en Gufferel ? incluso in castaneria Nicodi Mugneron ex omnibus partibus, et quem tenet idem Nicodus Mugneron ex invadiacione sibi facta per dictum Michaellem precio viginti quatuor solidorum et quod reachetum titulo quo supra spectat ipsi confitenti.

Item, unam rispam sitam ou Boschet videlicet unam peciam terre continentem fere octo posas terre que antiquitus dicebatur Rispas Sancti Boneti juxta terram Johannis Mayor de Romanimonasterii et plures contors a lacu, nemus Petri Palie et Ludovici de Toyre a iuria, affrontat terre Petri Rossel de Sancto Boneto a vento, et terre dicti Petri Palier alias Besson a borea, ex qua pecia octo posarum Anthonius de Combis de Brussino tenebat terciam partem a

borea in vadio a Michaelae Jacco et de qua reachetum titulo quo supra eidem spectat confitenti, et cuius pretexta eandem terciam partem noviter ad eodem Anthonio de Combis redemit et que reempcio sibi dicto confitenti est in presenti extenta laudata.

137v Item, unam posam vinee sitam prope Sanctum Bonetum loco dicto en Collombie juxta vineam Petri Rossel quam tenet a Guigone de Chastillion a vento, vineam Francisci Richoz que fuit ecclesie Brussini a lacu, vineam Jaqueti Reis quam tenet a Johannis de Dulicio et alias tenebant les Mugneron a juria, et terram quam tenet idem Petrus Rossel a dicto Chastillion a borea.

Item, reachetum perpetuum quod asserit se habere et habet in et super uno bicheto frumenti annue pensionis sibi debito per Franciscum Richoz de Brussinel pro quadam pecia terre sita en Fortunaul continente unam posam juxta terram quondam Petri de Brussinel quam nunc tenet Ludovicus de Toyre a borea, terram ecclesie Brussini a vento, affrontat terre quondam Perreti Barrilliet quam tenent les Mestraul a lacu, et vie publice tendenti a Dulicio ad Rotulum a juria, quem bichetum frumenti pensionis tenet ipse Franciscus Richoz in vadio precio sexaginta solidorum.

Item magis, tenent et se tenere confitetur nomine quo supra de bonis et recognicione Johannis de Parvoconsilio et que pridem fuerunt de bonis Stephani Warney ex acquisito alias facto a dicto Johannis de Parvoconsilio precio ut dicit sexaginta solidorum et sibi in presenti extenta laudato duas partes unius pose terre sitas en Croschet subtus Dulit que fuit de presenti feudo et recognicione juxta terram Johannis de Dulit a juria, terram liberorum Petri Monney et dicti Johannis de Dulit a lacu, et affrontat terre Petri Savignie alias Chavanex a borea et vento.

(There are two folios numbered 138, here designated 138a and 138b.)

138a Item, de bonis et recognicione quondam Nicodi de Bosco et pridem fuerunt Aymoneti Clavel ex acquisito jam dudum facto a Johanne Bertet causam habente a dicto Nicodo de Bosco unam posam terre sitam en Curchamp in extenta Jaquemardi recognitam per Petrum nutritum Petri Galliard a quo dictus Bertet causam habente et sibi in presenti extenta laudato juxta terram eis Grojehan que fuit Stephani Beney a juria, terram ipsorum Grojehan a lacu, affrontat terre ipsorum Grojehan a borea, et prato Nicodi Galliard a vento, et pro rebus premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur dictus Johannes confitens nomine quo supra et pro se et suis predictis ultra onus dicti homagii ligii eisdem domino commendatario et conventui inclusis in unam summam et junctis singulis particulis censuum in precedentibus extentis descriptis, primo videlicet sex denariis Lausannensibus deinde quindecim denariis Gebennensibus et uno quarterono frumenti et postea duodecim solidis Lausannensibus pro rebus primo limitatis que fuerunt de antico tenemento dicti Jacco, duodecim denariis Lausannensibus de quibus supra tactum est pro una ex dictis tribus posis de Grand Pont que fuit dicti Clavel, et viginti denariis Lausannensibus pro alia posa de Curchamp que fuit dicti Clavel in exoneracionem censuum dicti Clavel, et duobus solidis Gebennensibus pro dicta terra de Croschet que fuit dicti Stephani Vuarney, et uno denario cum obolo Lausannensibus de novo censu in presenti extenta imposito, conversa moneta Gebennensis ad Lausannensem ad rationem quatuordecim denariorum Lausannensium pro duodecim denariis Gebennensibus videlicet unum quarteronum frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni, et decimnovem solidos

Lausannenses bone monete cursibilis in patria Vuaudi solvendo per eundem confitentem et fratres suos eisdem domino commendatario et conventui ac suis successoribus.

138av Item magis, tenet et se tenere confitetur nomine quo supra ab eisdem dominis et suis de eorum proprietate et demanio castri ex abbergamento perpetuo sibi dicto confitenti et eius fratribus facto in presenti extenta per iudictos dominos vicarium et conventum modernos certam partem vinearum clausi de Brussinel videlicet circa tres posas eiusdem a parte boree quam solebat tenere Petrus Monney iuxta residuum dicti clausi quod tenet Nicodus Galliard et Michalliz et vineam Petri de Sonarclens domicelli a vento, vineam ecclesie de Brussinel et vineam Ludovici de Toyre a borea, affrontat vinee seu terre heredum Glaudii de ~~Subtus~~ Brussinel a lacu, et carriere publice tendenti per villam de Brussinel a iuria, in summitate quorum a parte iurie erat antiquitus unum torcular ad clausum prati redactum et in dictis limitibus inclusum, tenet inquam ad tercium vinum videlicet totius vini crescentis annualiter in eisdem tribus libere eisdem domino commendatario et conventui reddendum tempore vindemiarum, reliquis duabus partibus ipsis confitentibus libere etiam pro eorum pena et labore colendi ipsam vineam remanentibus, quam vineam tenebitur et debet ipse confitens reducere et tenere ad bonam vineam et ipsam colere bene et decenter de ligone et manu in bona satione fodere quinque vicibus in duobus annis nec potest vel debet vindemiare nisi vocato nuncio seu receptore aut factore vindemiarum dicti loci Brussini quem tenebitur vocare duobus diebus antequam vindemietur.

Item, tenetur et debet dividi vindemia tota in vinea per tercium et ipsa divisa per tercium ipsi confitens et eius successores tenentur adducere terciam partem dictorum dominorum et reddere eorum propriis missionibus et expensis ad torcular dicti castri Brussini.

Item magis, tenent et se tenere confitetur dictus Johannes nomine quo supra ab eisdem dominis et suis de bonis que antiquitus fuerunt Petri Galliard monnerii de Verney et ex recognicione quondam Johannis Gex ex empto alias facto a Francisco Gex et sibi in presenti extenta laudato, unam posam terre sitam in Fussie iuxta terram que fuit Petri Clavel a iuria, aquam de Fussie a lacu, affrontat terre Johannis de Dulicio que fuit a Vuarney a borea, et rivo de Fussie a vento, sub censu et homagio per Nicodum Galliard debito et recognito, witnesses Nicodus Mugneron et Gladius de la Mar de Dulicio, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

139 Tenementum Warney, 05 jan 1490 Style of the Nativity (a description of the tenement that is to be leased to Johannes Jacco in the reconnaissance on fol. 140v): In extenta Foresii recognise per Petrum dictum Warney nomine Stephani eius filii suscepti a Jaqueta filia quondam Berseti Bertret de Verney et que fuerunt dicti Berseti, et successive in extenta Jaquemardi recognise per quondam Johannem de Parvoconsilio et Johenetam eius uxorem, et que fuit per Johannem de Dulicio domicellum causam habentem in eisdem rebus ut dicit titulo acquisiti quictate et abandonate dominis commendatario et conventui Romanimonasterii in personam Venerabilis viri Fratris Glaudii Michaudi vicarii dicti Romanimonasterii, ipsam quictacionem libere factam in dicto Romanomonasterio favori dicti domini acceptantis, presentibus ibidem Venerabili Domino Petro de Dulicio priore de Cossonay et Hugonino de Cholao sacrista et suppriori (=subprior) dicti Romanimonasterii necnon Johanne de Romanomonasterio domicello et in manibus mis commissarii subscripti, with signature and small paraphe of Pollens.

Et preterea sunt supra locum per me dictum commissarium ad lecturum precedentium extentarum et relacionem habitatorum de Verney et de Dulicio declarate, specificate, et declarates confinibus designate, et sunt ex eodem tenemento de Warney res sequentes site apud Verney et Dulicium:

Et primo, tres pose cum dimidia terre site loco dicto en Marest Williet juxta pratum infralimitatum a borea, rivum de Marest Vuilliet a vento, affrontat iteneri (=itineri) tendenti ad molendinum a lacu, et dicto rivo a juria.

139v Item, dimidia falquata prati sita ibidem juxta terram prelimitatam a vento, pratum Stephani Reymondi a borea, pratum ecclesie de Brussinel a juria, et viam publicam a lacu.

Item, una falquata prati sita ibidem ultra rivum juxta pratum Petri Benedicti a juria, rivum de Marest Vuilliet a lacu, pratum Nicodi Galliard a vento, et pratum ecclesie de Brussinel a borea.

Item, due partes unius falquate prati site en Melley juxta pratum quondam Mermeti Mugneron et plurium aliorum a juria, pratum Hugonini de Gland a borea, et pratum Mermeti Grojehan a lacu.

Item, dimidia falquata prati sita eis Oches de Verney juxta rivum de Verney a borea, iter publicum tendens a Verney ad Dulicium a vento, pratum Petri Besson quod nunc tenet Johannes de Dulicio a juria, et rivum acque viam publicam a lacu.

Item, una posa terre sita en Chierel alias ou Pontet juxta terram Petri Besson alias Paliez a juria, terram Petri Clavel quam tenet Johannes de Dulicio a lacu, terram de Daganet infralimitatam a vento, et affrontat vie publice tendenti a Verney ad Dulicium a borea.

Item, una posa cum dimidia terre sita en Daganet vacans juxta terram a Clavel vacantem a juria, terram Nicodi Galliard a lacu, affrontat precedente et prelimitate terre de Chierel a borea, et terre quondam Humberti dicti Calliat vacante a vento.

Item, tres pose terre jam in certa parte vacante site subtus Verney versus Champictet juxta terram Humberti Calliat quam tenet Nicodus Mugneron a lacu, terram Nicodi Galliard a juria et borea, et affrontat terre Nicodi Galliard que fuit a Clavel et terre dicti Nicodi Mugneron a parte venti.

140 Item, due pose nemoris vel circa site en Raffondet juxta terram seu nemus quondam Petri Monney a lacu, nemus Petri Clavel quod tenet Nicodus Galliard a juria, rivum de la Dulivaz a borea, et nemus domini Viriaci a vento.

Item, una posa cum dimidia nemoris sita ou Champ de la Vigniz prope Daganet juxta terram seu nemus Petri Besson a vento et borea, nemus Nicodi Mugneron a juria, et terram seu nemus que fuit a Clavel a lacu.

Item, en Palaz una pecia terre continens tres posas cum dimidia ex quibus due pose appellate Champ dou Noyer sunt de antiquis bonis dicti Warney et alia poas cum dimidia fuit excambiata per Nicodum Clavel alias de Bosco tenementarium bonorum dicti Clavel et que fuit de dicti Clavel bonis ad unam posam cum dimidia terre sitam in clauso retro domum dicti Nicodi Galliard quam modo tenet ipse Nicodus ex empto a Stephano Curtet ultimo tenementario bonorum dicti Clavel, in qua posa cum dimidia sita retro Chie (=Chez) Galliard erant domus et pertinencie dicti Warney et antiquitus Berseti Bertret, et tangit dicta terre de la Palaz terram eiusdem Johannis de Dulicio que fuit a Clavel a iuria et lacu, affrontat vie publice a borea, et terre eis Jacco que fuit Humberti Calliat a vento.

Item, unum casale domus cum ochia retro continente (ablative case, referring to the ochia) circa unam fosseratam juxta domum et ortum Jaqueti Regis que dicitur moveri a Johanne de Dulicio a vento, domum et ortum dicti Jaqueti Regis que fuit ou Gey (or Gex) de feudo Romanimonasterii a borea, affrontat carriere a lacu, et terre Glaudii de Mari que movetur de feudo Petri de Sonarclens a iuria a parte occidentis seu jurie.

Item, una posa terre sita eis Emptoz juxta viam publicam a vento, terram liberorum Petri Monney a borea, viam publicam tendentem ad Sanctum Bonetum a lacu, et affrontat terre eorundem liberorum Petri Monney a parte jurie.

140v Item, et certe alie res que ibi non sunt limitate, in et super quibus rebus prelimitatis dicti domini Romanimonasterii percipiunt decimam et in certa parte alias percipiebatur terragium prout in precedentibus extensis fit mencio, et pro ipsis rebus debentur ultra onus homagii ligii deductis per Nicodum Galliard xx denariis pro dimidia fosserata terre inclusa a parte boree in campo suo de Forchu et pro duabus partibus unius pose terre inclusi in dicto campo de Forchu a parte venti, in loco qui alias dicebatur ou Carroz, et pro octo denariis pensionalibus alias per ipsum Nicodum debitis dicto Warney pro quadam ochia et platea contigua domi dicti Nicodi a parte venti, que omnia fuerunt de dicti Warney tenemento, videlicet viginti octo solidi et quatuor denarii Lausannenses de censu solvendi in festo Beati Michaelis Arcangelli seu potius in festo Nativitatis Domini, Et quia a predicta designacione citra eadem bona sive predictae res fuerunt abbergate Johanni Jacco et fratribus suis in homagium ligium et sub certis censu et condicionibus ideo sequitur nova.

140v Johannes Jacco antenatus faber, reconnaissance of the said tenement, 27 sep 1491, qui interpellatus parte dominorum prioris et conventus Romanimonasterii de recognicione laudanda de tenemento quondam Stephani Warney secundum tenorem sui abbergamenti, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Verney et in Dulicio et ibi circa que alias et antiquitus fuerunt de tenemento quondam Stephani Warney et pos modum in manibus Petri Jaquemardi recognite per Johannem de Parvoconsilio et Johenetam eius uxorem, et que post modum et non diu est fuerunt quictate et abandonate eidem ecclesie et dominis Romanimonasterii per Nobilem Johannem de Dulicio possessorem et tenementarium ipsorum bonorum constante instrumento dicte quictacionis dato 05 jan 1490 Style of the Nativitiy, et postea cridate in ecclesiam Brussini et plus offerenti exposite ut moris est, et quas tenet dictus confitens suo et dictorum fratrum suorum nominibus virtute abbergamenti perpetui per eundem Dominum Gladium Michaudi pro tunc vicarium et eciam per religiosos dicti conventus Romanimonasterii sibi facti constante instrumento dicti abbergamenti dato 15 may 1490 in

presenti recognicione exhibito et quas speciffficat quamvie in precedentibus extentis diffusis ?
inveniantur recognite, et declarat in modum qui sequitur,

141v Et primo, tres posas cum dimidia terre en Marest Vuilliet.

Item, dimidiam falquatam prati sitam ibidem congitiue.

Item, unam falquatam prati sitam ibidem ultra rivum.

Item, duas partes unius falquate prati sitas en Melley.

Item, dimidiam falquatam prati sitam eis Oches de Verney.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en Cherel.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Daganet.

Item, tres posas terre vacantes subtus Verney en Champictet.

Item, duas posas nemoris sitas loco dicto en Raffondet.

Item, unam posam cum dimidia terre seu nemoris ou Cham[p] de la Vigny.

Item, en Palaz unam peciam terre continentem tres posas cum dimidia.

Item, unum casale situm apud Dulicium cum ochia contigua.

Item, unam posam terre sitam eis Emptoz juxta et secundum limites descriptos in
designacione antescrita ad quia relacio habeatur pro limitibus.

Item, et generaliter omnes et singulas alias res et possessiones quibuscunque dictus Stephanus Warney seu pocius Johannes de Dulicio tenebat ab eodem Romanomonasterio ex dicto tenemento, et pro premissis ipsis rebus omnibus et singulis confitetur et recognoscens facetur debere et solvere teneri pro se et suis quibuscunque prefatis domino et conventui Romanimonasterii deductis de antica censa viginti denariis Lausannensibus per Nicodum Galliard pro dimidia fosserata terre inclusa a parte boree in campo eiusdem Nicodi de Forchu et pro duabus partibus unius pose terre incluse in eodem campo a parte venti in loco qui alias dicebatur ou Carroz, et pro octo denariis pensionalibus alias per ipsum Nicodum Galliard debito dicti Warney pro quadam ochia et platea contigua domi ipsius Nicodi a parte venti que omnia fuerunt de dicti Warney tenemento et per eundem Nicodum recognitis, videlicet viginti octo solidos et quatuor denarios Lausannenses boni monete cursibilis in Vuaudo solvendos, witnesses Discretus vir Dominus Petrus Rosseti rector ecclesie parrochialis Romanimonasterii et Johannes Bugnard sartor dicti Romanimonasterii, with signature and parappe of Aymonetus Pollens.

143 Dictorum Jacco, recognicio de Domo Novo noviter facta, 02 dec 1500, Johannes Jacco secundo natus pro trecio (i.e., the second-born of the three sons named Johannes listed in the

reconnaissane beginning on fol. 136, for a 1/3 interest) et Petrus eius frater suo et Petri eius fratris (the two sons named Petrus) indivisi pro aliis duabus partibus (the two sons named Petrus hold the remaining 2/3 undivided interest) nominibus, informatique de infeudacione noviter facta Petro de Sonarclens domicello Brussini de domo et vinea seu directo dominio et censu infrascriptis, confitentur et recognoscunt palam et publice se tenere et possidere pro et se suis heredibus quibuscunque de retrofeudo dominorum commendatarii et conventus Romanimonasterii, unam domum cum curia ante et terre contigua continente unam posam sitam in villa de Dulit appellatam Domus Nova juxta carreriam a borea, terram eiusdem Petri de Sonarclens cum qua partit a vento, affrontat terre dicti Petri de Sonarclens a iuria, et terre seu prato quondam Henrici Gex quod nunc tenet Petrus Jacco a lacu, que olim fuit patri dictorum confitencium abbergata per dominum Romanimonasterii sub homagio ligio et censu unius denarii cum obolo.

Item, duas partes unius pose vinee sitas subtus Dulit loco dicto ou Pralet juxta quandam viam a vento, vineam dicti Romanimonasterii quam colit Reymond a iuria, vineam religiosorum de Fillie a borea (the Augustinian priory and convent of Filly was located in what is now the commune of Sciez, Haute-Savoie, France, but it held some property near Bursins), et quandam viam a lacu, que fuit dicto eorum patri eciam accensata, et que domus et pertinencie acque vinea fuerunt de tenemento quondam Girardi Jacco (reference to *confiscation of his property* : fol. 136, and more obliquely, elsewhere in this volume), fueruntque census pro eisdem debiti et directum dominium earundem rerum dati et remissi dicto Sonarclens in augmentum feudi nobilis quod tenet a Romanimonasterio et nuper fecit et ideo confitentur easdem domum et pertinencias et terram acque vineam prelimitatam fore ut prefertur et moveri de feudo dicti Romanimonasterii quod tenet idem Petrus de Sonarclens in homagium, et quod dominus Romanimonasterii habet in et super eisdem domo, curia, terra, et vinea ante limitatis bampnum, clamam, cognicionem, merum et mixtum imperium, et omnimodam juridicionem excepto directo dominio spectante cum dicti censu eidem Sonarclens, ceterum quia dicti Jacco confitentes cum Johanne Jacco seniore tenentur ad unum homagium ligium pro bonis et tenemento quondam Petri filii Stephani Warney, ecce quod dicti confitentes in presencia dicti Johannis antenati onus dicti homagii assumptis ? confitentur residentes in eadem domo esse homines ligios pro uno tamen homagio dictorum dominorum Romanimonasterii loco dicti homagii pro Warney debiti, quod homagium pro Warney debitum dimictitur eisdem Jacco in sufertam pro prescripto, witnesses Nobilis Johannes de Compesio, Johannes Jacco senior, Sigismondus de Combis, et Franciscus Coctoz de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

144 Francesia filia quondam Petri Money (Monnye) (index : uxor Sygismondi de Combis) per Anthonium de Combis clericus Brussini eius tutorem, 23 may 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Dulicio olim et ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per Petrum Monney filium quondam Aymoneti Monney, et quas dicta Francesia tenet ex successione legitima dicti quondam Petri eius avi per medium Petri Monney eiusdem Francesie patris, (In other words, Petrus Monney son of Aymonetus Monney was the paternal grandfather of Francesia.)

Et primo, domum dicti quondam Petri Monney seu dicte Francesie sitam in villa Dulicii continentem quatuor cursus cum casali, curia, plateis, et pertinenciis suis et quadam ochia contigua juxta domum et cultile Stephani et Johannis Reymondi a vento, quandam cursum

eiusdem domus in quo est stupha qui dicitur esse edificatus super alieno feudo videlicet Petri de Sonarclens et cultile de longo a borea, affrontat vie publice a lacu, et terre Johanis de Dulit et ochie dictorum Reymon[d] a iuria.

144v Item, ibidem prope unum morcellum ochie continentem quartum unius pose et plus qui fuit tam de bonis antiquis Petri de Dulit antenati et quoad unum sellionum in precedenti extenta per dictum Petrum Monney recognitum quam de bonis et recognicione quondam Mermeti Mugneron quoad residuum sibi dicte quondam Petro Monney olim excambiatum et in presenti extenta laudatum, juxta dictam stupham et ortum retro a vento, casale et ortum quondam Johannis Warney quod tenet Glaudius de Mari a borea, affrontat carrerie publice a lacu, et terre dicti Johannis de Dulicio que fuit dicti Jaccod a iuria.

Item, en Raffondet duas posas nemoris juxta aquam Dulive a borea, nemus Johannes de Dulit quod fuit Stephani Warney a iuria, nemus infralimitatum et plurium aliorum a vento, et nemus Nicodi Mugneron a lacu.

Item, ibidem unam posam nemoris juxta nemus Johannis de Dulit quod fuit Stephani Warney a iuria, nemus Petri Pallie alias Besson a lacu, nemus dicti Johannis de Dulicio quod fuit dicti Stephani Warney a vento, et nemus dicte confitentis a borea.

Item, dimidiam posam nemoris sitam ibidem juxta nemus Nicodi Galliard quod fuit a Clavel et pridem a Besson a iuria, nemus Johannis de Dulicio quod fuit Warney a vento, nemus dicti Nicodi Mugneron a lacu, et nemus dicte confitentis a borea.

145 Item, eis Emptoz circa octo posas terre in duabus peciis in quarum qualibet sunt quatuor pose alias in precedentibus extentis in diversis particulis recognitas, quarum una in campo inferiori tangit viam tendentem a Dulicio ad Sanctum Bonetum et plures terras a lacu, terram quam tenet idem Anthonius de Combis in vadio a Mugneron a iuria, affrontat tactis quondam Glaudii de Brussinel a borea, et terre que fuit a Warney a vento, alia in campo superiori continet quatuor posas inclusa tamen una ex eisdem a lacu que fuit de bonis et recognicione Aymoneti Clavel seu Nicodi de Bosco jam alias acquisita et sibi in presenti extenta laudata juxta terram Petri Palier alias Besson a lacu, terram Nicodi Galliard et viam tendentem a Verney ad Mellier a iuria, affrontat terre dicti Anthonii de Combis que fuit a Mugneron a borea, et vie tendenti a Brussino ad Dulicium a vento.

Item, ibidem unam aliam posam terre que antiquitus fuit Perreti Fonjallaz juxta terram Nicodi Galliard a lacu, terram Petri Palier alias Besson ab occidente seu iuria, affrontat vie publice a vento, et terre dicti Anthonii de Combis que fuit a Mugneron a borea.

Item, unam peciam terre continentem duas partes unius pose terre sitam ante domum Nicodi Galliard alias in precedentibus extentis in tribus partis recognitam juxta terram dicte Galliard a lacu, viam publicam a borea, et rivum de Marest Vuilliet a vento et occidente.

Item, en Richiniard unum morcellum vinee continentem circa dimidiam posam inclusa certa parte a vento que fuit de bonis et recognicione quondam Mermeti dicti Mugneron jam alias dicto Petro Money excambiata per dictos Mugneron et in presenti extenta laudata appellatum

Vinea Colleti juxta vineam Glaudii de Mari quam tenet de feudo nobilium de Chastillion a borea, vineam eiusdem confitentis que fuit Girardi Jacco a vento, vineam Petri dicti Palier alias Besson et vineam dicti Mugneron de feudo dicti Romanimonasterii a lacu, et vineam eiusdem Mugneron de feudo de Sonarclens et vineam Johannis de Dulicio de feudo dicti Romanimonasterii a juria.

145v Item, ibidem unum morcellum vinee continentem duas fosseratas que alias et antiquitus fuerunt Girardi Jaccodi juxta vineam prelimitatam que fuit a Mugneron a borea, vineam dicti Johannis de Dulicio de feudo Romanimonasterii a vento et juria, et vineam dicti Palier a lacu.

Item, en Rafondet unam posam nemoris sitam juxta nemus ipsius confitentis a juria, nemus Nicodi Mugneron a vento, et nemus ipsius confitentis a lacu et borea.

Item, ibidem dimidiam posam nemoris juxta nemus dicti Nicodi Mugneron et ipsius confitentis a juria, nemus Johannis de Dulicio quod fuit a Warney a lacu et vento, et aquam Dulive et nemus dicti Nicodi Mugneron a borea.

Item, unam cupam frumenti annue pensionis sibi debitam per Johannem Jacco pro dimidia posa ochie sita subtus domus suam juxta ochiam dicti Johannis Jacco a juria, semitam tendentem ad Sanctum Bonetum a lacu, affrontat carrerie a vento, et gerdili Nicodi Mugneron a borea.

Item, duodecim denarios Lausannenses sibi debitos de pensione per Nicodum Mugneron presentem et id ipsum confitentem pro et super duobus morcellis nemoris sitis en Raffondet quorum unus jacet juxta nemus a Warney a vento, et nemus dicti Mugneron ex aliis partibus, alius jacet juxta Dulivam a borea, et nemus eiusdem Mugneron ex aliis partibus.

Item, duas posas terre sitas en Leysellet juxta rivum de Fussie et viam publicam a juria, plures contors a lacu, affrontat terre eis Mugneron a borea, et terre ipsorum Mugneron a vento.

Item, unam posam terre sitam en Fussie juxta terram Stephani Reymondi a vento, terram Nicodi Galliard que fuit a Clavel a borea, affrontat rivo de Fussie a lacu, et vie publice tendenti ad Sanctum Bonetum a juria.

Item, retro Dulit dimidiam posam terre que solebat esse et antiquitus fuit de bonis Petri de Dulit antenati juxta terram Johannis de Dulicio que fuit Girardi Jacco et cum qua fuit partita a borea, terram Glaudii de Mari cum qua eciam fuit partita a vento, affrontat terre Petri de Sonarclens a juria, et clauso Stephani Reymondi a lacu, et pro premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur dictus Anthonius nomine quo supra seu eandem Francesiam impuberem et solvere teneri ultra onus dicti homagii eisdem domino commendatario et conventui et suis successoribus inclusis singulis quantitativis argenti et bladi in precedentibus extensis particulariter descriptis in unam summam, videlicet primo decem denariis cum obolo Gebennensibus, deinde tribus denariis cum obolo Lausannensibus, indeque uno bicheto frumenti mesure Nividuni, et post hoc uno quarterono frumenti mesure Albone, et duodecim denariis Lausannensibus. Item, novem denariis Gebennensibus et ultimate tercio unius quarteroni frumenti mesure Nividuni et uno obolo Gebennense, ac postremo tercia parte unius bicheti

frumenti mesure Nividuni racione bicheti de triennio in triennium debiti quod idem est quod tercium bichet pro dictis rebus promiscue limitatis et que in extensis precedentibus diffusius reperuntur cum dictis quantitibus descripte, conversa moneta Gebennense ad Lausannanensem videlicet singulo grosso Gebennense ad quatuordecim denarios Lausannenses, videlicet tres quarteronos frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni, et unum quarteronum eciam frumenti similis ad mensuram Albone, et tres solidos et tres denarios Lausannenses bone monete cursibilis in patria Vuaudi de censu solvendos per eundem confitentem nomine quo supra quam diu tutele insistet et eandem impuberem ac suos prefatis domino commendatario et conventui et suis successoribus.

Item magis, tenet dicta impubes et ipsam tenere confitetur dictus Anthonius nomine quo supra ab eisdem domino commendatario et conventu Romanimonasterii sub onere dicti homagii de bonis et recognicione quondam Reymonde Vivent relicte Petri Reymondi ex accensamento jam dudum dicto quondam Petro Monney facto constante instrumento eiusdem accensamenti per _____ (blank lines where the accensamentum should be cited), unam ochiam pratinam sitam retro Dulicium continentem fere unam posam loco dicto en la Berclaz juxta ochiam infralimitatam a lacu, domum et clausum Petri Crot a iuria, affrontat vie publice a borea, et cuidam semite a vento, super qua solvere solet et tenetur virtute dicti accensamenti Stephano et Johanni Reymondi unam cupam frumenti de pensione et ultra percipiunt ipsi Stephanus et Johannes medietatem omnium fructuum arboribus tamen in ibi existencium, occasione cuius pensionis annue supportant ipsi Reymond censum erga dictos dominos Romanimonasterii.

146v Item magis, tam de bonis dicti quondam Petri Monney quam Mermeti Mugneron ex acquisito per dictum quondam Petrum Monney sub tamen reacheto alias facto a Nicodo et Petro Mugneron constante instrumento dicti acquisiti per Philibertum Oyselli recepto in presenti extenta exhibito et laudato videlicet unum morcellum ochie prati situm ibi prope en la Berclaz ex qua certa pars a vento fuit olim per dictum quondam Petrum Monney dicto Mugneron excambiata et deinde per dictos Mugneron cum alia parte a borea que fuit eorundem Mugneron ut prefertur sub reacheto vendita juxta ochiam prelimitatam a iuria, terram Johannis de Dulit seu loz Chonchit ? et clausum Glaudii de Mari et ochiam ipsius impuberis confitentis a lacu, et affrontat vie publice a parte boree, onus autem census et homagii supportant dicti Mugneron racione reacheti, witnesses Providus vir Stephanus de Riva notarius de Luyn attestante se recepisse instrumentum dicte tutele, et Nicodus Mugneron de Dulicio, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

147v Stephanetus et Johannes Reymondi de Vinsel fratres filii quondam Petri Reymondi, 21 may 1489 (anno et indicione quibus supra), ambos fratres conjunctim, et que idem Johannes remanet deservitor per se censibusque serviciis, oneribus, usagiis, et condicionibus subscriptis, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Dulicio alias et ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per Reymondam filiam Francisci Vivent relictam Petri Reymondi suo et Stephane eius soriris matrem dictorum fratrum et quas tenent conjunctim ex successione legitima dictarum Reymonde matris et Stephane avuncule suarum, et que res et bona pridem et antiquitus fuerunt prout in extensis Foresii et *Mermodi* (see Fi 30, fol. 91, reconnaissance of Aymonetus Tissot) apparet Stephani filii Aymoneti Tissot de Dulicio,

148 Et primo, loco unius falquate prati cum dimidia in duobus locis site en la Sougetaz quam tenet Mermetus Tilliot de Brussino tenent ipsi fratres recognoscentes de eiusdem Mermeti bonis et recognitione suorum parentum ex excambio inter ipsos facto constante instrumento per Petrum de Migerand recepto et signato 23 jun 1475 in presenti extenta sibi ~~exhibito~~ laudato, duas pecias prati et nemoris sitas ou Bondex supra Vinsel quarum una tangit viam tendentem a Brussino ad Bructignie a borea, nemus Johannis dou Max quod fuit Aymoneti Marchiand et nemus ipsorum confitencium a vento, nemus Roberti Dalphin et Johannis de Compeis a lacu, et nemus Francisci Coctoz a juria, alia est ibidem juxta nemus dicti Coctoz a lacu, nemus liberorum Petri Grojehan a juria, viam publicam a borea, et nemus eorundem confitencium a vento, et continent prima unam falquatam cum dimidia, alia dimidiam falquatam vel circa, super qua ultima solvere solent et tenentur ex reservacione comprehensa in dicto instrumento et per dictum Tilliot facta heredibus Francisci Gabard de Brussino occasione cuiusdam accensamenti antiquitus facte per eundem Gabard de ipsa dimidia falquata prati duodecim denarios Lausannenses de pensione annuali.

Item, unam cupam frumenti annue pensionis sibi debitam et quam percipiunt a liberis Petri Monney de Dulicio de et super una ochia continente fere unam posam sita en la Berclaz quam tenent ipsi liberi juxta ochiam eorundem confitencium videlicet dictorum liberorum Petri Monney a lacu, domum et ochiam Petri Crot a juria, affrontat vie publice a borea, et cuidam semite a vento, unacum medietate ominum fructuum arborum in eadem insitarum.

148v Item, unam posam terre sitam ou Nuerat alias ou Grand Champ juxta pratum heredum seu liberorum Petri Monney a lacu, terram ipsorum heredum a juria, affrontat terre Nicodi et Petri Mugneron a vento, et terre eiusdem confitentis a borea.

Item, unum bichetum frumenti annue pensionis sibi debitum per Glaudium de Mari alias Martin de et super una fosserata vinee seu terre sita ou Jonchex cum arboribus in eadem insitis juxta terram Johannis de Dulicio a lacu, pratum et terram Nicodi Mugneron a vento, terram Johannis de Dulicio que fuit Girardi Jacco a borea, et vineam eiusdem Glaudii a vento.

Item, unam posam terre sitam subtus domum eis Carrel seu domum eis Jacco juxta semitam tendentem ad Sanctum Bonetum a juria, vineam Johannis de Dulicio quam reemit ab ipsis Reymondi a lacu, affrontat vineis seu terre eiusdem Johannis de Dulicio que fuit a Mugneron a vento, et vineam eiusdem Johannis de Dulicio seu Mugneron a borea.

Item, ibidem modicum inferius unam peciam terre continentem tres posas loco dicto en Rechiniard que alias fuerunt in diversis particulis in vineam recognite juxta vineam Jaqueti Regis que fuit Petri Clavel a lacu, vineam Johannis de Dulicio que fuit dictorum Monney et Mugneron a juria, affrontat vie publice a vento, et vinee eiusdem Johannis de Dulicio ab eodem Reymondi reempte a borea.

Item, unum casale domus ubi antiquitus solebat esse domus Perroneti Sadellat que fuit de ipsius bonis situm ante et juxta domum habitationis eorundem fratrum et in quo est quedam curтина et continet unam fosseratam juxta curtinam et domum ipsorum fratrum a borea, ortum eorundem a juria, ochiam quam tenet Petrus de Sonarclens ab eodem Romanomonasterio a vento, et affrontat carrerie publice a lacu.

Item, unam posam terre sitam in territorio de Verney que fuit antiquitus dicti Sadellat loco dicto en Fussiez juxta viam tendentem a Verney ad Dulicium a vento, terram liberorum Petri Monney a borea, affrontat vie tendenti a Verney ad Sanctum Bonetum a juria, et quendam rivum a lacu.

149 Item, dimidiam posam terre sitam ante Verney que fuit antiquitus Jaqueti Michie juxta terram eorundem confitencium que fuit Nicodi Galliard a borea, terram eiusdem Galliard a vento et juria, et affrontat terre Johannis de Dulit que fuit Stephani Vuarney a lacu.

Item, dimidiam posam vinee sitam ante domum suam de Dulicio que antiquitus fuit excambiata per dominos Romanimonasterii predecessoribus ipsorum confitencium juxta vineam infralimitatam quam tenet ad facturam a vento, quandam semitam a borea, vineam cappelle Sancti Anthonii in ecclesia Brussini fondate a lacu, et viam publicam a juria.

Item, unam peciam terre et nemoris sitam supra Vinsel supra loz Boschet juxta nemus eis Grojehan a juria, nemus Ludovici Prodon et fratrum suorum quadam semita intermedia a lacu, et pascuam communem et terram dictorum confitencium a vento, et nemus heredum Henrici Besson a borea, super qua pecia que antiquitus fuisse reperitur de bonis Amedei Forrachon solvere solet et tenetur Francisco Coctoz bonatententi dicti Forrachon virtute accensamenti antiquitus facti sex denarios Lausannenses de pensione annuali.

Item, quinque solidos bone monete annue pensionis sibi debitos a Glaudio Day de Bructignie de et super duabus fosseratas vinee sitis en la Costaz supra Vinsel en la Chastagniereaz juxta vineam Johannis de Sauvernyer quadam itenere intermedio a lacu, nemus commune et nemus Johannis de Dulicio quod fuit Guilliermi de Sauvernier a juria, aquam de Lorgieux a borea, et vineam dicti Day quam tenet ab eodem confitente et esse dicitur de feudo domini de Virier a vento, que antiquitus reperiuntur fuisse de bonis quondam Glaudii de Subtusecclesiam et debebantur pro ipsis eidem duodecim denarii Lausannenses per annum de pensione qui aquisiti sunt, quamvis tamen dicti quinque solidi debeantur pro tota vinea que continet dimidiam posam de qua sunt dicte due fosserate de feudo dicti Romanimonasterii tamen, et pro premissis rebus omnibus et singulis debere confitentur dicti recognoscentes eisdem dominis et suis ultra onus dicti homagii ligii inclusis et simul junctis singulis quantitatibus censuum in precedentibus extensis particulariter descriptis, primo, videlicet quatuor solidis et septem denariis Gebennensibus pro certis ex rebus prelimitatis, quatuor denariis Gebennensibus pro dicto casali domus, duobus solidis et tribus denariis cum obolo Lausannensibus pro certis aliis rebus supra promiscus limitatis, et ultimo sex denariis Lausannensibus pro una ex dictis tribus posis de Rechiniard quamvis heredes Petri Monney degravare habeunt eosdem ut dicunt, reducta moneta Gebennensi ad Lausannensem singulo videlicet grosso Gebennense ad quatuordecim denarios Lausannenses, videlicet octo solidos et sex denarios cum obolo Lausannenses bone monete cursibilis in patria Waudi de censu annualiter solvandos.

149v Item magis, tenent et se tenere confitetur sub onere dicti homagii de proprietate dicti prioratus et antico tenemento vel pocius demanio castri Brussini ex dimissione antiquitus suis predecessoribus facta prout in precedentibus extensis jam habetur unum morcellum vinee continentem unam posam cum dimidia sitam ibidem juxta viam publicam tendentem a villa de Dulicio ad lacum a vento, vineam dictorum confitencium et cappelle predicte a borea, affrontat

carrerie publica a iuria, et vineam heredum Nicodi dou Bugnyon et liberorum Girardi Jacco a lacu, tenent inquam ad medium tocius vini albi seu musti crestentis in eodem morcello vinee tradendum et expediendum libere eisdem dominis seu eorum neogicatori tempore vindemiarum prout solitum est hactenus fieri, et tenentur acque debent ipsam vineam bone et decenter colere de ligone et manu ad bonos usus et consuetudines viticolarum in ibi observatos, et quia hactenus eadem vinea minus legitime fuit culta et ideo ad pene deserta statuitur eisdem confitentibus acceptantibus et de eorum consensu terminus trium annorum hodie date presentium inceptorum ad ipsam reficiendum... (various conditions).

150 Item magis, tenent et se tenere confitentur ab eisdem dominis et suis ut supra de bonis et recognicione quondam Guilliemi Mistralis ex empto per eandem quondam Reymondam facto sub tamen reacheto ab Anthonio Fonjallaz causam habente in hac parte a dicto Guilliermo Mistralis virtute cuiusdam accensamenti dicti Fonjallaz facti precio octo florenorum et trium solidorum ut constat instrumento per Anthonius de Migeran recepto 24 oct 1475 in presenti extenta sibi laudato videlicet unum morcellum prati situm en Marest Wlliet en Pra Rogez seu en la Tactaz juxta pratum Petri Palier alias Besson a borea, pratum dicti Mistralis et Mugneron a lacu, pratum Johannis de Puteo et ecclesie Brussini a vento et iuria, et commune ex alia, onus autem pensionis supportant heredes Anthonii Fonjallaz ratione reacheti, dictique Guilliemi Mistralis heredes onus supportant census erga dictos dominos occasione dicte pensionis.

150v Item magis, tenent et se tenere confitentur ut supra de bonis et recognicione quondam Amedee (should be *Aymonete* !) de Canali uxoris Jaqueti Gascon [senioris] ex adquisito per dictum Stephanum Reymondi facto a Petro Gascon sartore filio dicte Amedee (*Aymonete* !) constante instrumento dicto acquisiti per Petrum de Migeran recepto et signato dato 03 may 1474 in presenti extenta exhibito et laudato, videlicet quinque posas terre sitas subtus Espinoux juxta terram Petri de Claren a iuria, terram eorundem confitencium a lacu et vento, et nemus dou Bondex dictorum emptorum et venditorum a borea, sub censu per dictum Petrum Gascon recognito et quem supportat et tenetur supportare ex guerencia et promissione pure ferenda pro dictis confitentibus ad presens.

Item, de bonis et recognicione quondam Glaudii de Subtusecclesaim hominis ligii et de feudo nobili eiusdem ex adquisio per dictum Stephanum Reymondi facta a Nobili Johanne de Compesio nepote et herede dicti quondam Glaudii de Subtusecclesiam constante instrumento dicti acquisiti perpetui per Petrum de Migerand recepto et signato 11 jan 1477 in presenti extenta exhibito et laudato unam peciam terre et nemoris sitam eis Vernetes subtus loz Suchet ou Planoz juxta nemus Anthonii Evrardi et Petri Benedicti a borea, terram et pratum Guilliemi de Claren et terram heredum Johanis Fabri a vento, terram Francisci Coctoz que fuit Petri Prodon alias Forrachon a lacu, et quandam tactam que fuit Johannis Frestaulx a iuria, et continet quinque posas terre, tenet inquam sub censu et onere homagii per dictum Johannem de Compeis recognitis et quod onus homagii nobilis et census tenetur idem Nobilis Johannes de Compeis supportare ratione promissionis de guerencia libere ferenda et supportat ad presens pro eisdem confitentibus.

151 Item magis, tenent et se tenere confitentur ut supra de bonis et recognicione Nicodi Galliard monnerii de Verney ex adquisito sub reacheto facto ab eodem Nicodo precio ut dicit novem librarum constante instrumento dicti acquisiti in presenti extenta exhibito et sibi

laudato unam posam terre sitam ante Verney juxta viam publicam a borea, terram dictorum confitencium prelimitatam a vento, terram eiusdem Nycodi Galliard a juria, et terram Johannis de Dulicio que fuit a Warney a lacu, onus autem census et homagii supportat dictus Nicodus racione reacheti perpetui sibi spectantis, witnesses Nobiles Sebastianus Fabri de Bignyn et Hugoninus de Gland de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

152 Petrus Palier de Brussinel maritus Anthonie filie quondam Johannis Bonafey et Johenete quondam filie Petri Besson alias Perno de Dulit conjuntorio nomine eiusdem Anthonie eius uxoris necnon Michee filie impuberis Girardi Belley et Glaudie quondam filie dicti Petri Besson cuius dictus Petrus Palier asserit fore educatorem et ipsam sub eius cura tamquam indivisa degere, 27 jun 1489 (anno et indicione quibus supra), res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Dulit et de Verney et que pridem in manibus et extenta Jaquemardi fuerunt recognite per Petru Perno alias Besson predictum avum maternum dictarum Anthonie et Michee, et quas tenent junctem seu conjunctum quelibet ipsarum tamen pro quota sibi contingente ex successione dicti Petri Besson per medium dictarum suarum matrem, et que antiquitus fuisse reperiunter tam Perrnodo Besson de Verney quam Henriete eius uxoris de Dulicio, et quasquidem licet in precedentibus extentis in diversis particulis fuerunt recognite que ut idem Petrus recognoscens asserit confusionem prevetustate vocabilorum et alias sibi pariunt his in presenti extenta tanquam bene de omnibus certioratus recognoscit et speciffigat distinctes prout sequitur, (« *Prevetustate* » is clearly written, but how to explain it ? We suspect it derives from *praevehor*, past participle *praevectus*, combined with *aetate*, with the meaning « long since », « after many years », and the passage means something like « resulted in confusion from words used in the distant past ». In other words, the descriptions of the individual parcels in the old terriers had become too obscure to be clearly understood circa 1489.)

152v Et primo, ex parte dicte Henriete domum ipsorum confitentis et filiarum sitam in villa de Dulit cum casali eiusdem, curtina ante, et torculari ac ochia retro et juxta contigua, ac pertinenciis suis, inclusa quadam ochia contigue a parte boree, continente circa duas fosseratas que fuit antiquitus de bonis et recognicione dictorum Gex et Petri de Dulicio ex adquisito per dictum Petrum Besson facto a Francisco Gex constante instrumento per Stephanum Bessonis recepto 21 oct 1474 in presenti extenta exhibito et laudato, juxta ochiam Jaqueti Reys que fuit dicti Gex et cum qua partitur a borea, ochiam et domum dicti Jaqueti Regis que similiter fuerunt dicti Gex et quam tenet a dicto Romanomonasterio a vento, affrontat supra carreriam a lacu, et terre Glaudii de Mari a juria.

Item, unam peciam terre que solebat esse vinea sitam loco dicto vers Chie (=Chez) Dameysin ? (perhaps Davieysin ?) juxta terram Glaudii Martin a borea, viam publicam a vento et juria, et vineam Johannis de Dulicio a lacu.

Item, ex parte dicti Pernodi Besson apud Verney res sequentes,

Primo, videlicet ante domum Nicodi Galliard monnerii de Verney unum morcellum prati continentem circa duas partes unius falquate qui in precedenti extenta Jaquemardi fuit recognitus per Mermetum Mugneron et quem tenet ex reempcione ab inde facta et in presenti extenta sibi laudata, juxta rivum de Verney a lacu, carreriam de Verney a juria, et affrontat prato Nicodi Galliard a borea et vento, et qui antiquitus reperitur fuisse quondam Perreti Calliat de Verney.

153 Item, ibidem prope ultra viam unum clausellum *parve continentis* (=of small contents) juxta terram Nicodi Galliard a vento et lacu, casale domus dictorum Mugneron a borea, et quandam viam a juria.

Item, ibidem unam aliam ochiam prati et que antiquitus fuisse reperitur Domini Francisci Eximbardi juxta viam publicam a borea, clausellum dicti confitentis a vento, terram Nicodi Galliard a lacu, et casale domus dictorum Mugneron a juria.

Item, unum morcellum prati situm en la Combetaz versus Champ de Palaz continentem circa dimidiam falquatam qui fuisse decitur antiquitus Petri Galliard juxta terram eorundem confitentis et Nicodi Galliard a juria, terram Johannis de Dulicio que dicitur Champ de Palaz a lacu, terram eiusdem Nicodi Galliard a borea, et terram eiusdem Johannis de Dulicio a vento.

Item, reachetum quod asserit habere *dictis videlicet consobrinis pertinere* (=namely, belonging to the said cousins) in et super uno morcello prati sito es Oches de Verney continente duas partes unius falquate prati juxta carreriam tendentem a Verney ad Dulicium a vento, rivum de Verney a borea, et affrontat prato Johannis de Dulit quod fuit Petri Warney a lacu, quem tenet Johannes de Dulicio domicellus in vadio precio novem florenorum ut constat instrumento in recognicione dicti Johannis designato.

Item, unam fosseratam vinee sitam apud Dulit in loco qui dicitur en Rechiniard juxta terram eis Mugneron a borea, vineam Jaqueti Regis que fuit a Clavel a vento, vineam liberorum Petri Monney a juria, et terram Ludovici de Toyre que fuit a Clavel seu a Warney a lacu.

Item, ante Verney unam posam terre que solebat esse pratum juxta terram Nicodi Galliard et terram subsequenter limitatam a lacu, pratum eorundem confitencium et dicti Galliard rivo intermedio a juria, et affrontat terre eiusdem Galliard a borea et vento.

153v Item, ibidem unam aliam posam terre que alias in precedenti extenta fuit recognita per Mermetum Mugneron et ab inde recepta ac in presenti extenta laudata et que sita est loco dicto en la Combectaz juxta terram dicti Galliard a borea et vento, et affrontat terre prescripte a juria, et prato eciam prelimitato a lacu.

Item, eis Emptoz unam peciam terre continentem duas magnas posas terre que in precedenti extenta fuerunt in diversis particulis recognite et in ipsis includitur certa pars de recognicione Nicodi Galliard dicto quondam Petro Besson excambiata et sibi in presenti extenta laudata juxta terram liberorum Petri Monney a lacu et juria, affrontat vie publice a vento, et terre Anthonii de Combis que fuit a Mugneron a borea.

Item, en Milluen duas posas terre juxta terram es Mugneron a borea, aquam Dulive a vento, affrontat rivo de Fussie a lacu, et terram (should be *terre*) Nicodi Galliard a juria.

Item, ou Pontet unam posam terre juxta terram Johannis de Dulicio que fuit Petri Clavel a juria, terram Stephani Reymondi a lacu, affrontat vie publice a borea, et terre Johannis de Dulicio que fuit a Warney a vento.

Item, en la Combectaz eis Boverat dimidiam posam terre et nemoris juxta nemus Johannis de Dulicio quod fuit a Warney a lacu, nemus Nicodi Galliard a juria, terram Johannis de Dulit que fuit a Clavel a borea, et nemus eiusdem Galliard a vento.

Item, unam posam terre sitam en Cherel juxta terram dicti Galliard a juria, terram Johannis de Dulit que fuit a Warney a lacu, affrontat nemus eis Mugneron a vento, et vie publice tendenti a Verney ad Dulicium a borea.

Item, ou Vie Baptiouz alias ou Viez Mollin duas partes unius pose terre reverse ad nemus juxta aquam Dulive a lacu, nemus Jaqueti Regis quod tenet a Johanne de Dulicio a juria, et affrontat nemori Nicodi Galliard a borea et vento.

154 Item, ibidem dimidiam posam nemoris juxta aquam Dulive a juria, terram Nicodi Galliard a lacu, affrontat terre eiusdem Galliard a borea, et nemori dicti Johannis de Dulicio que fuit a Warney a vento.

Item, en Daganet circa dimidiam posam terre seu nemoris juxta terram eis Mugneron a juria, tactas quas tenet dictus Galliard et que fuerunt Stephani Warney a lacu et borea, et aquam Dulive a vento.

Item, ou Grand Raffondet dimidiam posam nemoris juxta nemus dicti Galliard quod fuit a Clavel a lacu, nemus liberorum Petri Monney a borea et juria, et tactam Johannis de Dulicio que fuit dicti Warney a vento.

Item, ibidem inter duos Rafondet (meaning between Petit Raffondet and Grand Raffondet ?) dimidiam posam nemoris juxta nemus es Mugneron a juria et lacu, et terram et nemus dicti Galliard a vento et borea.

Item, ou Pety Rafondet unam posam cum dimidia nemoris juxta nemus eis Mugneron a lacu, viam publicam a juria, et nemus dicti Galliard a borea et vento.

Item, reachetum quod asserit se habere in et super una posa terre sita retro Dulicium juxta terram Johannis de Dulicio a borea, aquam Dulive a vento, terram Petri de Sonarclens a lacu, et viam publicam a juria, quam tenet Johannes de Dulicio ex titulo in recognicione sua plenius designato, pro quibus premissis rebus omnibus et singulis confitetur dictus Petrus nomine quo supra se et dictas consobrinas debere et solvere teneri ultra onus dicti homagii eisdem domino commendatario et conventui et suis successoribus, inclusis uno bicheto frumenti pro dicta domo et dimidia posa sita ante Chie (=Chez) Dameysin ?, dimidio quarterono frumenti pro dicta fosserata ochie inclusa que fuit dicti Gex, et viginti quatuor solidis pro aliis rebus que fuerunt dicti Besson tam in Verney quam in Dulicio sitis supralimitatis, deductis eisdem tribus solidis per Johannem dou Max de Vinsel pro uno prato sito en Rogepra de bonis presentis homagii videlicet unum bichetum hoc est duos quarteronos cum dimidio boni et receptibilis frumenti ad mensuram Nividuni et viginti unum solidos Lausannenses bone monete cursibilis de censu annuali solvendo per eosdem conjuges et dictam Micheam et suos quos supra eisdem domino commendatario et conventui et suis successoribus, witnesses Mermetus de Tillia, Mermetus Grojehan, et Franciscu Coctoz de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

155v Jaquetus Regis (in index : Reys) alias dou Marterey de Dulicio homo justiciabilis ut dicit Nobilis Petri de Sonarclens, 04 aug 1490, de bonis a Clavel alias per quondam Nicodum de Bosco recognitis ex acquisito per eundem Jaquetum facto a Stephano Curtet causam habente in bonis dicti Clavel precio viginti octo florenorum parviponderis constante instrumento per Petrum de Migerand recepto 07 dec 1481 et per Dominum Glaudium de Livrone priorem de Benex tunc vicarium dicti Romanimonasterii laudato, unam peciam vinee continentem fere unam posam et plus alias in precedentibus extensis in diversis particulis recognitam sitam loco dicto en Rechiniard in territorio de Dulicio juxta terram Stephani et Johannis Reymondi a juria, vineam heredum Petri Monney a lacu, affrontat vinee Petri Besson alias Perno seu Palier a borea, et vie publice a vento, tenet inquam sub annuo et perpetuo censu facta equacione de censibus tenementi dicti Clavel cum aliis tenementariis et inclusa certa parte pro sufferta perpetua et depericione dicti homagii de Clavel, videlicet quinque solidos septem denarios Lausannenses bone monete cursibilis in patria Vuaudi solvendorum.

Item magis, de bonis ultimate recognitis per Johannem Gex et Franciscum de Sonarclens et que pridem et antiquitus fuerunt recognita per Petrum de Dulit antenatum, res sequentes nuper eidem ecclesie Romanimonasterii *exchetas et confiscatas ob crimen heresie appertum in Johannem Gex* ulteriorum ? possessorem ipsarum rerum et *de quo convictus in persona et bonis adjudicatus fuit*, quas tenet tam virtute abbergamenti perpetui per dominum vicarium et conventum dicti Romanimonasterii facti Nobili Petro de Sonarclens constante instrumento per me dictum commissarium recepto dato 25 apr 1489, quam eciam ex accensacione perpetua sibi confitenti deinde facta per eundem Petrum de Sonarclens constante instrumento dicti accensamenti per Philibertum Oyselli recepto et signato dato 08 jun 1489 in presenti extenta exhibito et laudato,

156 Primo, quandam domum sitam in villa de Dulit fere ad casale reductam cum casali eiusdem et ochia retro contigua continentem unam fosseratam juxta domum et torcular Petri Besson a borea, casale domus et ochiam quod et quam nunc tenet idem confitens de bonis a Warney a vento, affrontat super carreriam a lacu, et terre Glaudii de Mari a juria.

Item, unum morcellum ochie situm ibidem prope continentem fere tercium unius pose juxta ochiam dicti Petri Besson cum qua fuit partita a vento, ochiam Stephani Reymondi a borea, affrontat carrerie a lacu, et terre Glaudii de Mari a juria, et pro ipsis rebus debere confitetur prefatus Jaquetus recognoscens ultra pensionem infrascriptam eisdem dominis commendatario et conventui Romanimonasterii deducto de antico censu dimidio quarterono frumenti per dictum Petrum Besson alias Palier pro quadam ochia quam tenet et recognovit supra tacta videlicet unum quarteronum cum dimidio frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni et sex denarios Gebennenses qui valent septem denarios Lausannenses bone monete de censu annuali solvendos, et super ipsis domo et ochiisolvere solet dicto Petro de Sonarclens virtute dicti accensamenti duodecim solidos bone monete et unam gallinam de pensione annuali,

156v Et confitetur preterea se esse astrictum tam ex tenore dicti abbergamenti facti Petro de Sonarclens de ipsis rebus quam ex tenore presentis recognitionis et solempni pacto habere coperire et reedificare dictam domum et reductere in statum residendi in eadem infra sex annos proxime venturos a data presentis recognitionis computantos, witnesses Johannes Jacco de

Dulicio, Mermetus Tilliot, et Mermetus Grojehan de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

157 Glaudius de la Mar alias Martin de Dulicio filius quondam Hugonini de la Mar, 16 mar 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Dulcio,

Et primo, de bonis alias per quondam Petrum de Dulicio antenatum antiquitus recognitis unum cursum domis sue in qua residet site apud Dulit alias ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitum per dictum quondam Hugoninum eius patrem et quem tenet virtute accensamenti antiquitus suis predecessoribus facti per predecessores Petri de Sonarclens prout jam in precedentibus extentis fit mencio et sucessionis dicti eius patris, hoc est cursum ubi est stupha cum casali et ochia retro contigua de latitudine dicti cursus et continent omnia duas fosseratas juxta residuum dicti domus et ochie quem tenet a dicto Petro de Sonarclens a vento, domum Jaqueti Regis a borea, affrontat carrerie seu cuidam platee communi a lacu, et terre eiusdem confitentis quam tenet a dicto Petro de Sonarclens a juria, super quo cursu et ochia et certis aliis rebus que non sunt de presenti sed dicti Petri de Sonarclens feudo solvit et solvere solet dictus confitens eidem Petro de Sonarclens certam annualem pensionem, confitetur tamen se debere prefatis dominis commendatario et conventui Romanimonasterii pro eisdem cursu et ochia ultra ipsam pensionem unum denarium Gebennensem de censu annuali solvendum.

157v Item, de dictis bonis ut supra antiquitus per quos supra recognitis dimidiam posam terre sitam retro Dulit jam alias in manibus et extenta Jaquemardi per dictum quondam eiusdem confitentis patrem recognitam et que fuit antiquitus suis predecessoribus accensata juxta terram liberorum Petri Monney cum qua partitur a borea, terram eiusdem confitentis quam tenet de feudo Petri de Sonarclens a vento, affrontat terre eiusdem Sonarclens a juria, et pratum Stephani et Johannis Reymondi a lacu, super qua et certis aliis rebus de feudo dicti Sonarclens idem Sonarclens percipit ab eodem confitemtem certam pensionem annualem, et pro ipsa dimidia posa terre debere confitetur ultra dictam pensionem eisdem domino commendatario et conventui novem denarios Gebennenses bonos de censu ut supra solvendo.

Item, de ipsis bonis et ex accensamento jam antiquitus facto per predecessores dicti Petri de Sonarclens predecessoribus dicti confitentis prout jam in precedentibus extentis fit mencio, res sequentes,

Primo, videlicet medietatem cum Johanne de Mari unius pecie terre site en Pierraz Moraz continentis duas partes unius pose juxta terram Nicodi Mugneron a lacu, terram seu castaneariam quam ipsi Glaudius et Johannes de Mari tenent a dicto Petro de Sonarclens a juria, affrontat terre quam tenent ab eodem Petro a borea, et vie publice a vento.

Item, eciam medietatem ut supra unius fosserate vinee seu ochie site ou Jonchex juxta pratum Nicodi Mugneron a vento, vineam Petri de Sonarclens a juria, et vineam heredum Petri Besson alias Perno a borea, super quibus et certis aliis rebus que non sunt de presenti feudo percipit idem Sonarclens certam pensionem annualem de qua ut asserit relaxatur census infrascriptis, unde debere confitetur eisdem domino commendatario et conventui de consensu tamen dicti Petri ibidem presentis medietatem unius bicheti frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni solvendam loco et termino quibus supra.

158 Item, de bonis et recognicione quondam Reymonde filie Francisci Vivent ex accensamento jam antiquitus facto et laudato, videlicet unam fosseratam vinee sitam loco dicto ou Jonchex cum arboribus in eadem sitis juxta terram Johannis de Dulicio a lacu, terram et pratum Nicodi Mugneron a vento, terram Johannis de Dulicio que fuit Girardi Jacco a borea, et vineam seu terram quam tenet idem confitens prelimitatam a juria, super qua solvit et solvere solet Stephano et Johanni Reymondi virtute dicti accensamenti unum bichetum frumenti de pensione annuali, occasione cuius supportant ipsi Reymondi onus census erga dictos dominos, in quibus duobus morcellis dou Jonchex includitur unius morcellus siti dicto confitenti excambiatus per Nicodum Mugneron ad totidem ibi situm et quiquidem cum dicto excambio sibi confitenti est in presenti extenta laudatus, witnesses dictus Petrus de Sonarclens necnon dictus Johannes de Mari et Guilliernus de Claren de Sarral, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

158v Johannes de la Mar alias Martin de Dulit filius quondam Johannis filii quondam Vuilliermi de la Mar alias Martin de Dulit justiciabilis ut dicit Petri de Sonarclens, 16 mar 1489 (anno et indicione acque die quibus supra), de bonis videlicet et recognicione quondam Francisci de Sonarclens et suorum predecessorum ex accensamento jam alias et antiquitus facto ut jam in precedentibus extensis fit mencio, res sequentes,

Et primo, medietatem cum Glaudio de Mari unius pecie terre site en Pierraz Mouraz continentis duas partes unius pose.

Item, medietatem unius fosserate vinee site ou Jonchex cum dicto Glaudio de Mari, in eiusdem Glaudii recognicione prescripta limitatarum, super quibus et certis aliis rebus que asseruntur esse de feudo dicti Petri de Sonarclens idem Petrus de Sonarclens percipit ab eodem confitente certam pensionem annualem de qua fit deductio census infrascripti, unde confitetur debere prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii de consensu dicti Petri ibidem presentis videlicet unum quarteronum frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni de censu annuali solvendum, presentibus testibus in recognicione dicti Glaudii de Mari prescriptis et cum ipsis eodem Glaudio de Mari, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

159v Nobilis Petrus de Senarclens filius quondam Francisci de Sonarclens nunc residens in Brussino et commorans in Dulicio, 04 jun 1497, pensiones et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa et confinio de Dulicio,

Et primo, duodecim solidos bone monete et unam gallinam annue pensionis sibi debitos per Jaquetum Regis et liberos suos de Dulicio de et super uno casali domus et ochia retro contigua continentem unam fosseratam in que erat domus ou Gex et que domu et fosserata ochie *exchete devenierunt et confiscate eidem ecclesie Romanimonsterii ob crimen heresie in Johannem Gex apertum* et deinde ipsi confitenti abbergate per Venerabilem virum Dominum Glaudium Michaudi vicarium ... ut constat instrumento dicti abbergamenti per me dictum commissarium recepto date 25 apr 1489 fuerunt que postmodum dicto Jaqueto Regis cum ochia infralimitata accensate sub dicta pensione ut constat instrumento dicti accensamenti per Philibertum Oyselli recepto et signato 08 jun 1489 sibi dicto confitenti quoad dictam pensionem in presenti recognicione laudato, que domus cum ochia site sunt in Dulicio juxta domum et torcular liberorum Petri Besson alias Perno a borea, casale quod nunc tenet idem Jaquetus Regis

et fuit de tenemento Petri Warney a vento, affrontat carrerie a parte lacus, et terre dicti confitentis quam tenet Glaudius de la Mar a iuria.

160 Item, eciam super uno morcello ochie sito ibidem prope continente circa tercium unius pose juxta quandam particulam dicte ochie quam tenent liberi Petri Besson a vento, ochiam Stephani Reymondi a borea, affrontat carrerie a parte lacus, et terre predictae quam tenet Glaudius de Mari a iuria, ultra censum dictorum dominorum Romanimonasterii quem supportat dictus Jaquetus Regis et recognovit.

Item, tenet dimidiam posam terre sitam en Tonye ? que solebat esse vinea que fuit de eius antiquo tenemento juxta terram eiusdem confitentis que fuit Mermeti Mugneron a lacu, terram dictimet confitentis a iuria, et affrontat vie publice a borea, pro quaquidem terra et certis aliis rebus sibi noviter infeudatis debere solebant ipse confitens et sui predecessores eidem Romanomonasterio duas partes unius quarteroni frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni et unum denarium Gebennensem de censu annuo et perpetuo, quod frumenti et quem denarium fuerunt sibi confitenti quictati in infeudacione hodie sibi facta.

Item magis, de bonis et recognicione Mermeti Mugneron ex acquisito per eundem confitentem facto tam a Nicodo Mugneron quam a Johanne de Dulicio cui per prius fuerat invadiata constante instrumento dicti acquisiti dicti acquisit tam reacheti quam proprietatis in presenti extenta sibi laudato unam peciam terre sitam en Tonye ? continentem dimidiam posam juxta viam publicam a vento et borea et iuria, et terram dicti Johannis de Dulicio a lacu, pro qua debere confitetur in deductionem censuum dictorum Mugneron et exonerationem eorundem facta ad tantum equancia videlicet unum quarteronum boni et receptibilis frumenti ad mensuram Nividuni de censu annuali et perpetuo solvendum per eundem et suos eisdem domino commendatario et conventui et suis annualiter et perpetue, witnesses Nicodus Villier de Arnex, Guilliernus Berardi notarius, et Glaudius Carea ? burgenses Romanimonasterii necnon Johannes Burin de Brussino et Johannes Mugnerii alias de Riva de Luyn, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

161 Nobilis Johannes de Dulicio domicellus filius quondam Nobilis Petri de Dulicio, 06 jan 1490, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et territorio de Dulicio alias in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per eundem confitentem suo et Petri eius nepotis nominibus, et pridem in extenta Foresii per Petrum eius patrem filium quondam Johannis de Dulicio, et quas tenet tam ex successione legitima dictorum suorum parentum quam abandonacione sibi facta ut asserit per Venerabilem virem Dominum Petrum de Dulicio priorem de Cossonay modernum eius nepotem cum intravit religionem,

Et primo, res sequentes que antiquitus fuerunt de tenemento Bertodi Michie videlicet unum morecellum prati situm ou Pra a la Fornyere continentem tres falquatas inclusatum una falquata que fuit eciam antiquitus de bonis Stephani Primet et jam ut prefertur recognita juxta pratum eiusdem confitentis quod fuit Aymoneti Clavel a vento, pratum eiusdem confitentis quod fuit Johannis Bertet et pratum Anthonii de Combis a borea, carreriam a iuria, et terram Anthonii Evrardi et pratum quod fuit Jaqueti Gascon a lacu.

161v Item, circa dimidiam falquatam prati sitam en Rogey alias en la Sougetaz juxta pratum quondam Perrodi Besson ? quod tenet Johannes dou Max de Vinsel a borea, prati Stephani Reymondi quod fuit Perreti Fonjallaz a juria, pratum eiusdem confitentis quod fuit Mermeti Mugneron a vento, et pratum eiusdem confitentis quod fuit Johannis Bertet a lacu, cense 6 solidos bone monete Lausannenses.

Item magis, de bonis et tenemento quondam Aymoneti Clavel de Verney et que in dicta extenta Jaquemardi recognita fuerunt per Nicodum de Bosco et Ysabellam eius uxorem filiam dicti quondam Aymoneti Clavel ex acquisitis per eundem confitentem factis diversis vicibus tam a Stephano Peronyer alias Curtet tenementario pro tempore dicti tenementi de Clavel quam certis aliis personis jam causam in rebus subscriptis habentibus constantibus instrumentis in presenti extenta exhibitis et sibi laudatis, res sequentes sitas et jacentes in confinio de Verney et de Dulicio,

Et primo, casale domus dicti quondam Aymoneti Clavel cum cultina et pertinenciis suis eidem contiguus totum ad pratum reversis continentem circa dimidiam falquatam prati et que vulgaliter appellatur es Oches inclusis duobus casalibus que fuerunt Johenete filie Mermeti Mugneron et antiquitus Mermeti Bosson ? et Mondeti Blondel ex acquitis pretactis et ut supra laudatis juxta casale Nicodi Galliard quod fuit Humberti Calliat ad pratum redactum a juria, pratum eiusdem confitentis quod tenet in vadio a dictis Besson alias Perno de Dulit infrascriptum a lacu, viam publicam tendentem a Verney ad Dulicium a vento, et rivum de Verney a borea.

162 Item, unum campum situm en Palaz continentem tres posas terre reemptum a liberis Girardi Jacco quibus invadiatus erat per dictum Clavel juxta viam publicam a parte lacus, terram eiusdem confitentis que fuit Stephani Vuarney a parte jurie, affrontat vie publice tendenti a Brussino ad Dulicium a borea, et rivo a parte venti.

Item, unam posam terre sitam en la Combetaz alias ou Pontet juxta terram eiusdem confitentis que fuit Stephani Warney a juria, terram liberorum quodam Pernodi Besson a lacu, affrontat rivo de Fussie a borea, et terre dictorum Besson et Nicodi Galliard a vento.

Item, en Lochiz Pactonat alias en Champictet unam posam terre juxta terram Nicodi Galliard a borea et vento, affrontat aque Dulive a juria, et vie publice tendenti a Verney ad Gland a lacu.

Item, unum morcellum prati situm ou Pra lal Forneyriz continentem duas falquatas juxta pratum eiusdem confitentis prelimitatum a borea, pascuam communem a juria, rivum de Verney a vento, et terram Anthonii Evrardi a lacu.

Item, ibidem alias ou Melley circa unam falquatam prati juxta pratum eiusdem quondam Clavel et pratum Petri Gascon quod fuit a Mugneron a juria, pratum Hugonini de Gland domicelli a borea, terram Petri Besson a lacu, et pratum Nicodi Galliard a vento, ex qua fertur eundem Nicodum ? Galliard habere tercium prout in precedenti legitur extenta, pro quibus rebus que fuerunt dicti Clavel debere confitetur dictis dominis Romanimonasterii facta equacione cum aliis tenementariis de censibus antiquis dicti Clavel inclusa tamen certa parte pro depericione homagii in presenti extenta sibi imposita videlicet unum quarteronum frumenti boni et

receptibilis ad mensuram Nividuni et tresdecim solidos Lausannenses bone monete de censu annuali solvendo.

162v Item, de bonis alias in extenta Jaquemardi recognitis per Girardum Jacco ex empto per eundem confitentem a Michaelae Jacco facto et sibi in presenti extenta laudato unam posam terre sitam retro Dulit que antiquitus fuit de bonis quondam Petri de Dulicio antenati juxta terram liberorum Petro Monney que fuit de dictis bonis et cum qua partitur a vento, semitam tendentem a Dulicio ad Verney a borea, affrontat terre Petri de Sonarclens a juria, et clauso Stephani Reymondi a lacu, cense 19 denarios Gebennenses.

Item, de bonis in dicta extenta Jaquemardi recognitis per Reymondam filiam Francisci Vivent et que antiquitus fuerunt Mondonis de Ceturno (=de Citurno) et deinde Marguerete eius filie ex reempcione per ipsum confitentem facta a Stephano Reymondi sibi in presenti extenta laudata videlicet unam posam cum dimidia vinee sitam en Rechiniard ? (see fol. 130v, where this spelling is very clear) juxta vineam liberorum quondam Petri Monney que fuit Girardi Jacco a borea, terram Stephani Reymondi et Johannis eius fratris a vento, affrontat terre eiusdem Stephani Reymondi a juria, et vinee Jaqueti Regiez que fuit Aymoneti Clavel a lacu, cense 6 denarios Lausannenses bone monete.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Mermeti Mugneron ex adquisito per eundem confitentem facto a liberis dicti Mermeti Mugneron et sibi in presenti extenta laudato unum morcellum vinee ad terram redactum situm subtus Chie (=Chez) Carrel seu subtus Chie Jacco supra Rechiniard qui prius fuit de bonis Evrardi continentem dimidiam posam terre inclusa certa parte que fuit de bonis et recognicione Petri Monney et deinde dictorum Mugneron per excambium juxta semitam tendentem a Dulicio ad Sanctum Bonetum a juria, terram Stephani Reymondi a lacu, affrontat terre eiusdem Reymondi a borea, et terre dicti confitentis a vento, pro qua dimidia posa terre debere confitetur prefatis dominis commendatario et conventui in exonerationem dictorum liberorum et deductionem censuum dicti Mermeti Mugneron facta equancia ad tempore in presenti extenta videlicet duos solidos bone monete Lausannenses de censu annuali ut supra solvendo, et sub condicione quod ubi et quando ipse Mugneron deficiet et alii census contingant equaci idem confitens supportabit plus si ex dicta equacione plus oneretur.

163 Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis et recognicione dicti Mermeti Mugneron ex adquisito sub reacheto per eundem confitentem facto a dictis liberis Mermeti Mugneron precio ut dicit quatuor florenorum manu Petri Migerand recepto et sibi in presenti extenta laudato dimidiam falquatam prati situm ou Pra dou Pey juxta pratum Glaudii Boson de Gillier a juria, pratum Petri de Sonarclens et eius uxoris a borea, pratum Hugonini de Gland a lacu, et pratum liberorum Johannis Bertet a vento, sub censu per Nicodum Mugneron recognito quem racione reacheti supportat ad presens pro dicto confitente et quamdiu solve.

Item magis, de bonis et recognicione Johannete filie Mermeti Mugneron ex adquisito sub reacheto per eundem confitentem facto a dictis liberis Mermeti Mugneron precio ut dicit decem florenorum constante instrumento per Petrum Migerand recepto et in presenti extenta sibi laudato videlicet unam falquatam cum dimidia prati sitam en la Sougetaz alias in Pra Rion juxta pratum eiusdem confitentis quod fuit Mermeti Evrardi prelimitatum a borea, pratum Petri de Sonarclens

et eius uxoris et plurium aliorum ab oriente seu lacu, pratum Petri Benedicti a vento, et pratum Stephani et Johannis Reymondi ab occidente seu iuria, onus autem census supportant dicti liberi Mermeti Mugneron racione reacheti.

Item, de bonis et recognicione Petri Besson alias Perno de Dulicio ex adquisito sub tamen reacheto a dictis Perno de Dulicio precio novem florenorum constante instrumento per Anthonium de Combis recepto et sibi in presenti extenta laudato unum morcellum prati situm eis Ochis de Verney continentem unam debilem falquatam prati juxta pratum eiusdem confitentis quod fuit a Mugneron a iuria, pratum eiusdem confitentis quod fuit a Warney a lacu, viam publicam tendentem a molendino inferiori ad Dulicium a vento, et rivo de Verney a borea, onus autem census supportant heredes dicti Perno alias Besson racione reacheti.

163v Item magis, de bonis et recognicione predicti Pernodi Besson ex adquisito sub tamen reacheti facto ut dicit precio sexaginta solidorum constante instrumento dicti acquisiti per Petrum Migerand recepto et sibi in presenti extenta laudato unam posam terre sitam retro Dulit conversam in pratum juxta terram eiusdem confitentis a borea, aquam Dulive a vento, viam publicam a iuria, et terram Petri de Sonarclens a parte lacu, onus autem census supportant dicti heredes Pernodi Besson racione reacheti quod asserit eisdem pertinere.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Girardi Jacco ex adquisito per dictum confitentem sub tamen reacheto ut asserit facto a Michaelae Jacco et sibi in presenti extenta laudato, duas partes a borea unius pecie terre continentis duas posas site en Croschet juxta castaneariam Petri de Sonarclens a lacu, terram eiusdem Petri de Sonarclens quam colit Petrus Savignye a iuria, affrontat terre Nicodi Mugneron a borea, et alie terre parti Johannis Jacco dicte terre cum qua partitur a vento, onus autem census supportat pro dictis duabus partibus Johannes Jacco racione dicti reacheti.

Item, de bonis et recognicione Reymone filie Francisci Vivent ex adquisito sub reacheto a Mermeto de Tillia causam habente a dicta Reymonda virtute excambii facto precio ut dicit quatuor florenorum parviponderis et in presenti extenta sibi laudato unam falquatam prati sitam en la Sougetaz alias en Marest Vuilliet juxta commune a borea et lacu, pratum eiusdem confitentis quod fuit a Warney a vento, et pratum dicti Tilliot a iuria, onus autem census supportat idem Mermetus de Tillia racione reacheti, witnesses Providus vir Martinus Cleriti ? de Colonye en Brye in regno Francie nunc in dicto Romanomonasterio habitans et Mermetus Plat de Dulicio, eciam Venerabilis vir Dominus Petrus de Dulicio nepos dicti recognoscentis prior de Cossonay hec audiens, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

165 Tractatus et infeudacio Petri de Senarclens, 04 jun 1497.

Quod cum differencia orta esset et jam diu verteretur inter commissarios extentarum castri et mandamenti Brussini pro Illustre et Reverendo Domino Michaelae de Sabaudia sedis apostolice prothonotario et prioratus Romanimonasterii commendatario perpetuo actorem ex una, et Nobilem Petrum de Sonarclens de Dulit residentem in Brussino reum partibus ex altera, de et super eo quod dicti commissarii petebant nomine dicti domini commendatario moderni et conventus dicti Romanimonasterii recognicione per eundem et feudum fieri dicto domino Romanimonasterii de quodam molendino sito prope Verney in fluxu aque de la Dulivaz et

similiter homagium ligium prout eius predecessores fecerunt, et similiter de et super eo quod dicti commissarii petebant a Johanne Jacco juniore et aliis suis fatribus de Dulicio recognicione fieri de quadam domo sita in villa de Dulicio cum terra et pertinenciis contiguas, et quadam vinea sita subtus Dulicium infralimitatis fore de feudo directo dominio et omnimoda juridicione dicti Romanimonasterii et sub censu inde debito et que obvenierunt eidem Romanomonasterio *ex adjudicacione persone et bonorum quondam Girardi Jacco*, pro quibus Jacco dictus Petrus de Sonarclens se posuerat guerentem, occasione cuius domus et pertinenciarum mota fuit causa in Brussino coram castellano dicti loci contra eundem Johannem Jacco tenementarium dicte domus et per appellacionem deventa et usque nunc in Romanomonasterio ventilliata contra eundem Petrum de Sonarclens guerentem suum, dicto Petro de

165v Sonarclens in contrarium afferente et dictente ad premissis non teneri, et primo ad homagium et fidelitatem ligiam pro dicto molendino que pro tam exigua re non posset ferit onus homagii et feudi ligii quamvis sui predecessores hac fecerint, et quoad domus et vineas ... eandem domum et ipsam vineam infrascriptas sibi ... et in eisdem habere directum dominium et omnimodam juridicionem, et tam se quam suos predecessores ususfuisse de juridicione et segnoria in eisdem domo et vinea *tam ante mortem dicti Girardi Jacco quam a tempore confiscacionis eiusdem* et ipsas domum et vineam abbergasse eisdem Jacco unde dicebat easdem domum et vineam sibi competere et juridicionem et dominium habere in eisdem unde dicebat se ad petita non teneri, Replicantibus dictis commissariis in extentarum diversis rationibus habitis quoque inter eosdem commissarios et dictum Petrum de Sonarclens multis et diversis actercacionibus (should probably be read as *altercacionibus*). Tandem de dictis differentiis deventum est ad compositionem et concordiam in modum qui sequitur, Videlicet quod die et anno infrascriptis et in notariorum publicorum et testium subscriptorum presencia, presonaliter constitutus et accedens apud eundem Romanummonasterium et in refectorio eiusdem prefatus Petrus de Sonarclens de premissis sufficienter informatus gratis et sponte in personam et presencia Venerabilis viri Domini Glaudii Michaudi magnicelerarii eiusdem Romanimonasterii vicarii in spiritualibus et temporalibus eusem Romanimonasterii pro Illustri et Reverendo Domino commendatario prenominato necnon Venerabilium virorum Fratrum Aymonis Maioris decani, Glaudii de Vila camerarii, Hugonini de Cholao supprioris (=subprioris) et sacriste, Francisci Durandi helemosinarii (=elemosinarii), Johannis de Frassia infirmarii, et Anthonii de Cholao prioratis de Corcellis, Religiosorum dicti Romanimonasterii, stipulancium et acceptancium pro eodem domino commendatario et conventu et suis successoribus, reminciavit omnibus juragus, actionibus

166 et titulis sibi competentibus et que sitis in dictis domo et vinea se que habebat et habet et hoc in favorem et ad opus dicti domini commendatarii seu prioratus predicti Romanimonasterii, et postea ad eius requestam dictus dominus vicarius nomine prefati domini commendatarii et virtute potestatis eidem actribute et qua fungitur in hac parte infeudat de novo quantum tamen neccesse est eidem Petro de Sonarclens presenti et stipulanti pro se et suis heredibus quibuscunque dictum molendinum quod vulgaliter dicitur molendinum inferius situm in cursu de la Dulivaz prope Verney quod sui predecessores hactenus tenerunt in feudum a dicto Romanomonasterio juxta terram Hugonini et Guioneti filiorum Nicodi Galliar de Verney ex partibus venti, jurie, et boree, et cursum de la Dulivaz a lacu, cum fluxu aque et pertinenciis consuetis, quod molendinum tamen tenent ut dicitur dicti Galliard pro septem bichetis frumenti censualibus ab eidem Petro de Sonarclens, et in augmentum dicti feudo ut causam habeat melius

deserviendi eidem Romanomonasterio ligie, dictus dominus vicarius nomine quo supra dat et remittit acque infeudat eidem Petro stipulanti ut supra pensiones infrascriptas sibi debitas per personas inframoninatas pro rebus sequentibus,

Et primo, pensionem sive ? censum sibi debitum per **Glaudium de la Mar alias Martin** de Dulicio pro rebus sequentibus sitas in villa et confinio de Dulicio,

Et primo, pro uno cursu domus dicti Glaudii in quo est stupha cum ochia retro contigua de latitudine dicti cursus que omnia continent duas fosseratas juxta residuum dicte domus Glaudii de la Mar quod tenet de feudo dicti Petri de Sonarclens a vento, domum Jaqueti Regis a borea, affrontat cuidam platee a parte lacus, et terre dicti Glaudii de la Mar de feudo dicti Petri de Sonarclens a juria.

Item, pro dimidia posa terre sita retro Dulicium juxta terram liberorum Petri Monney cum qua fuit partita a borea, terram eiusdem Glaudii de la Mari de feudo dicti Sonarclens a vento, affrontat terre eiusdem Sonarclens a juria, et pertinenciis domus Stephani et Johannis Reymondi a lacu.

166v Item, eciam pensionem sive censum sibi debitum tam per eundem **Glaudium de la Mar quam Johannem de la Mar** pro rebus subscriptis,

Primo, una pecia terre sita en Pierraz Mouraz ? continente duas partes unius pose juxta terram Johannis Jacco que fuit a Mugneron a lacu, castaneariam eorundem de la Mar de feudo dicti Petri de Sonarclens a juria, affrontat vie publice a borea, et terra quam tenent a dicto Sonarclens a borea.

Item, pro una pecia ochie et vinee site en Jonchex continente unam fosseratam juxta pratum Nicodi Mugneron a vento, vineam eiusdem Petri de Sonarclens a juria, et vineam Petri Besson alias Perno a borea, quas res tenent ipsi Glaudius et Johannes de Mari ex accensamento jam diu facto cum certis aliis rebus que fuit de feudo dicti Petri de Sonarclens pro certis censibus frumenti et argenti debitis eidem Petro de Sonarclens qui ideo ibi non describuntur in quantitate pro eo quod cum ipsis rebus tenent certas alias res de feudo antico dicti Sonarclens ut prehabetur unde certa divisio neque ? fieri de eisdem censibus.

Item, unum bichetum castanearum annue pensionis seu census sibi debitum per **Johannem Jacco de Dulit** pro una posa terre seu castanearie sita inter duo nemora in territorio de Dulit que fuit pridem Nicodi et Mermeti Mugneron juxta terram eiusdem Jacco de feudo Romanimonasterii a borea et vento, et viam publicam a juria.

Item, unum denarium cum obolo Lausannensem census per **Johannem Jacco juniorem** debitum per annum in festo Beati Michaelis Archangelli pro dicto domo sita in villa de Dulit cum pertinenciis suis et terra contigua a parte venti que dicitur domus nova juxta viam publicam tendentem a villa de Verney ad Dulicium a borea, terram eiusdem Petri de Sonarclens a vento, et affrontat terre dicti Sonarclens a juria, et terre quondam Henrici Gex a lacu, alias per quondam Dominum Jacobum Gallerii tunc vicarium dicti Romanimonasterii dictis Jacco pro dicto censu accensatis.

167 Item, eciam census per dictos Jacco debitum pro una pecia vinee sita subtus Dulicium continentem duas partes unius pose juxta quandam viam tendentem ad lacum a vento, vineam quam colit Stephanus Reymondi ab eodem domino Romanimonasterii a juria, vineam religiosorum de Fillie a borea, et affrontat cuidam vie tendenti ad Rotulum a lacu, quam vineam tenent dicti Jacco virtute accensamenti sibi facti per eundem Petrum de Sonarclens cum certis aliis rebus que fuerunt et sunt de antico feudo dicti Sonarclens, has siquidem personas que a modo erunt census per quod supra debitos et pro rebus predictis unacum directo dominio dictarum rerum supralimitatarum dat, donat, remittit, et transfert dictus dominus vicarius nomine quo supra eidem Petro de Sonarclens in augmentum feudi censibus tamen per dictos Glaudium de la Mar et Johannem de la Mar dicto Romanomonasterio debitis pro ipsis rebus prelimitatis et super eisdem semper salvit eidem Romanomonasterio et premitis reservatis.

Item, eciam in augmentum feudi predicti dat et remittit, quictat, et relinquit eidem Petro de Sonarclens unum quarteronum frumenti et unum denarium Gebennensem annui census quos hactenus debebat dictus Sonarclens eidem Romanomonasterio idem Petrus de Sonarclens, Devestiens se nomine quo supra idem dominus vicarius de dictis molendino et censibus prescriptis ac aliis rebus suprainfeudatis eundem Petrum de Sonarclens pro se et suis quibuscunque investiendo de eisdem molendino et rebus prelimitatis seu censibus pro ipsis debitos et directo dominio earundem ratione presentis infeudacionis et sub tamen condicionibus infrascriptis...

168 ... Acta sunt hec infra refectorem dicti Romanimonasterii prope clausum 04 jun 1497 presentibus ibidem prefatis Religiosis necnon cum eisdem honestis viris Nicodo Villico de Arnex, Glaudio Carra burgensis Romanimonasterii, Johanne Burin de Burssino, et Johanne Mugneron alias de Riva de Luyn, recorded by Providi viri Aymonetus Pollens et Guiliemus Gerardi de Romanomonasterio notarii, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

168v Ratificacio et homagio prescriptis : Nobilis Franciscus de Sonarclens de Burssin filius quondam Nobilis Petri de Sonarclens, 13 jan 1511 Style of the Nativity, regarding the infeudation previously made with his late father for certis censibus et quodam molendinum acque pertinenciis suis, now the said Franciscus, with the consent of his brother Nobilis ~~Stephanus~~-Jacobus as well as two of their other brothers (not named) confirm the said infeudation. They promise at the appropriate time to make a partage with their other brothers who are currently "in minori etate", witnesses Dominus Petrus Thorencii monachus dicti Romanimonasterii, Nobiles Jacobus Fellin et Stephanus de Dulicio, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fols. 169v-170v are blank.)

171 Brussinel

171 Glaudius Boson filius quondam Johannis Boson de Brussinel, 21 mar 1489, dimidiam posam terre vacantem sitam en Champagnye in territorio de Brussinel alias in extenta Jaquemardi recognitam per Petrum Vaulterii tutorio nomine eiusdem confitentis juxta terram Guilielmi et Johannis Bovey (clear) que fuit Henriete relicte Bartholomei Boson et cum que partitur a borea, terram Guilielmi Burquinat cum qua partitur eciam a vento, viam publicam a

lacu, et prato plurium pesonarum a iuria, cense 12 denarios Lausannenses bone monete cursibilis in patria Waudi, witnesses Nobilis Petrus de Sonarclens et Providus vir Monodus Roberti de Castello, with signature and parappe of Aymonetus Pollens.

172 Guilliermus filius quondam Petri Bovey de Sancto Georgio gener quondam Gladii Boson ex parte et per medium quondam _____ (blank space) filie dicti Gladii Beson de Gillier, 11 mar 1491, dimidiam posam terre sitam loco dicto en Champagnye alias in manibus quondam Petri Jaquemardi recognitam per Henrieta relictam Bartholomei Boson de Brussinel matrem dicti quondam Gladii Boson, et quam tenet ex successione dicti quondam Gladii Boson heredis dicte Henriete juxta terram Gladii filii quondam Johannes Boson a vento, terram Fabrorum de Bignyn a borea, affrontat vie publice a lacu, et prato dicti Boson a iuria, tenet inquam sub annuo et perpetuo censu cum directo dominio et omnimoda iurisdictione duodecim denariorum Lausannensium bonorum seu alterius monete cursibilis in patria Vuadi solvendorum, witnesses Discretus vir Dominus Johannes Guillioti curatus Brussini et Colletus Baulx de Brussino, with signature and parappe of Aymonetus Pollens.

172v Guilliermus Burquyn filius quondam Reymondi Burquinat licet minor viginti quinque, maior tamen quatuordecim annorum, associatus de Colleta filia Johannis Laurencii eius cognata et Gladius Jalliet conjuges de Brussinel (the grammar is questionable, but further text mentions that Colleta is advising Guilliermus and acting on the authority of her husband Gladius), 20 feb 1489, quilibet ipsorum pro medietate et indiviso, videlicet unam peciam terre sitam en Champagnye continentem duas partes dimidie pose alias per Johannem Laurencii patrem dicti Collete et nomine Ysabelle eius uxoris filie Johanneti Burquinat et Reymondi patris dicti Guilliermi in extenta Jaquemardi recognitas et quas tenent conjunctim et pro indiviso ex successione dictorum suorum parentum juxta terram Gladii filii Johannis Boson cum qua fuit partita a borea, terram que fuit Johannis Barbier alias de Laydesoz que dicitur movere de feudo Petri de Brussinel a vento, viam publicam a lacu, et pratam ? plurium personarum a iuria, cense 2 denarios et 2 partes unius denarii Lausannenses de censu annuali solvendo per eosdem confitentes et suis equali porcione, witnesses Nobilis Johannes de Dulicio et Jaquetus Regis ac Johannes de Sauverniaco domicellus, with signature and parappe of Aymonetus Pollens, followed by additional notation:

173 Et quia *in extenta Mermodi* (see Fi 30, fol. 65, reconnaissance for Perrina de Pra filia quondam Henrici Magnyns) et precedentibus deberi confessi sunt pro dicta dimidia posa quatuor denarios Lausannenses de quibus terciam partem in dicta extenta Mermodi recognovit Perrina de Pra filia Henrici Magnyn que restavit recognoscenda in extensis Foresii et Jaquemardi qui ad illam terciam partem recognosci procurandum obmissorum, in presenti ideo extenta quia dicti Guilliermus et Colleta antenominati tenent modo totam dimidiam posam supralimitatam et juxta dictos limites eandem recognitionem virtute dicte sue protestacionis corrigendo seu potius illi addendo eadem terciam partem cum residuo recognoscunt et tenere confitentur ut supra sub censu unius denarii et tercii unius denarii Lausannensis unde sunt pro toto censu dicte dimidie pose quatuor denarii Lausannenses ut supra solvendi, actum Brussini 05 dec 1500, witnesses Johannes Jacco senior de Dulit et Johannes Burin, with signature and parappe of idem Pollens.

173v Franciscus Richoz filius quondam Petri Divitis ? (four identical minims after the *d*) de Brussinel, 28 jan 1489, res sequentes sitas in confinio de Brussinel alias in extenta Jaquemardi recognitas per dictum Petrum eius patrem, et quas tenet ex successione legitima dicti eius patris,

Et primo, unam posam cum dimidia terre sitam en Fortunaul juxta terram Ludovici de Toyre et Janne eius uxoris a borea, terram ecclesie de Brussinel a vento, affrontat terre Perreti Barrilliet quam tenent Johannes et Glaudius Mestraulx a lacu, et vie publice tendenti a Dulicio ad Rotulum a juria, super qua solet solvere Johannis et aliis liberis Girardi Jacco virtute accensamenti de ipsa terra antiquitus facti unum bichetum frumenti mesure Nividuni annue pensionis, quem tamen tenet in vadio ab eisdem liberis Girardi Jacco precio sexaginta solidorum et sibi in presenti extenta laudatis, onus autem census supportant ? dicti Jacco racione dicte pensionis et dicti reacheti perpetui.

Item, ex quodam accensamento antiquitus facto circa unam posam vinee sitam loco dicto en Collombie juxta terram Petri Tallaborey que fuit Johannis Gex et per prius dictorum Fermen a borea, vineam eiusdem confitentis a lacu, pratum petri Russel de Saint Bonet a vento, et vineam dictorum Jacco a juria, super qua solere solet virtute dicti accensamenti curato Brussini dimidiam sextarium vini seu musti ad mensuram Germagniaci de pensione annuali, et pro ipsa vinea ultra dictam pensionem debere confitetur pro se et suis prefatis dominis Romanimonasterii duos denarios Lausannenses de censu solvendo annualiter eisdem in manibus receptoris Brussini in festo Nativitatis Domini.

174 Item magis, de bonis et recognicione Francisci de Combis de Brussino ex adquisito per ipsum seu dictum eius patrem facto a dicto Franciscus seu Anthonio eius filio sub tamen reacheto constante instrumento dicti acquisiti in presenti extenta exhibito et laudato, res sequentes sitas in confinio Brussini,

Primo, unum morcellum prati situm en la Mossieriez juxta pratum ecclesie Brussini a borea, pratum Petri Tissot de Gillier a vento, et pratum Ludovici de Toyre a lacu, et terram quondam Glaudii de Subtusecclesiam a juria.

Item, dimidiam falquatam prati sitam en les Tactes juxta pratum Nicodi Galliard a lacu, pratum Stephani Montero a juria, et pratum Johannis de Dulicio a vento, onus autem census et homagii supportant liberi dicti Francisci de Combis racione reacheti, witnesses Petrus de Sonarclens et Hugoninus de Gland domicelli et Mermetus de Tillia, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

174v Franciscus Vaultier de Brussinel, 05 dec 1500, recognoscit palam et publice se tenere ad culturam sive facturam perpetuam et virtute dimissionis perpetue olim per Venerabilem virem Dominum Glaudium Michaudi vicarium et eciam conventum Romanimonasterii sibi facte constante instrumento per Guiliermum Berardi recepto et signato dato quoad vicarium 14 feb 1493 et quoad conventum 06 feb 1494 et sigillis eorundem sigillato in presenti recognicione exhibito, duas posas cum dimidia vinee de clauso de Brussinel sitas in eodem clauso quas hactenus colebat Michalliz juxta vineam quam colit Jacco a borea, viam publicam a vento, vineam quam colit Hugoninus dou Verney a lacu, et vineam eis Richoz a juria, tenet inquam ad tercium tocius vini seu vindemie aut racemorum in eisdem crescencium per annum eisdem dominis Romanimonasterii tempore vindemiarum quando vindemia partiti fuerunt in vinea expediendum, et quem tercium tenetur idem confitens adductere suis expensis ad torcular eorundem Brussini, other conditions, witnesses Nobilis Johannes de Compeis, Franciscus Richoz, et Johannes Jacco de Dulicio, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

175v Discretus vir Dominus Ludovicus Evrardi curatus modernus ecclesie parrochialis de Brussinel, de patronagio, 05 dec 1500, 20 solidos for patronagio etc., witnesses Anthonius de Combis de Brussino et Glaudius Jalliet de Givrin clericus, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fols. 176-176v are blank.)

177 Venerabilis et Religiosus vir Frater Mermetus Fabri prior prioratus seu monasterii de Oujon ordinis Cartusiensis Gebennensis diocesis, 03 may 1501, de tractatu dudum facto inter priorem et conventum dicti Romanimonasterii et prioris et conventum dicti loci de Oujon de et pro decima certarum terrarum quas dicti Cartusienses habebant prope et supra eorum domum de Oujonet in parrochia de Brussinel, cuius data talis est datum Cartusie nono kalendas may 1269 (=23 apr 1269) et de recognicionibus subsequenter factis, ad censam annuam et perpetuam cum directo dominio decimam quam ipsi Cartusienses de Oujon precipiunt et habent in et super triginta tribus posis terre sitis et jacentibus supra dictam eorum domum de Oujonet in diversis locis et quas tam ipsi quam certi alii homines ab ipsis colunt, que decima vulgariter appellatur de la Marmeteaz ?, tenent inquam dictam decimam suis predecessoribus ut prefertur in eodem tractata dimissam sub annuo et perpetuo censu cum directo dominio eiusdem decime undecim cuparum boni et receptibilis bladi puri medii frumenti et medii avene ad mensuram Nividuni avena ad cumulum solvendarum... , witnesses Providus vir Stephanus de Riva dicti monasterii de Oujon commissario, necnon Stephanus Reymondi de Vinsel notarius, et cum ipsis Franciscus Faivroz de Chasterl, Johannes Fillietaz de Gemelz, et Jaquetus Reys de Dulicio, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens. Followed by additional notation : Preterea debet et debere confitetur eidem Romanomonasterio ut supra quatuor solidos Gebennenses pro decima certarum terrarum sitarum et quas tenent subtus domum de Oujonet ex quibus certa pars est in vineam inter fossarum de la Marmeteaz quod est a parte boree seu ortus solis, et fossale du Lunajoz ? quod est a parte venti seu occidentis et tangunt viam veterem tendentem a villa de Brussinel ad lacum seu Rotulus a parte lacus, et hoc virtute cuiusdam concordii et accensacionis dudum facte per priorem et conventum Romanimonasterii Cartusiensibus dicti loci de Oujon cuius data talis est, actum anno domini millessimo cc quinquagesimo primo (1251), quos quatuor solidos Gebennenses qui valent quatuor solidos et octo denarios monete Lausannenses seu Sabaudie tenetur et promictit ut supra solveve annuali in festo Beati Michaelis Archangelli..., Tenor autem dicti tractatus sequitur et est talis, ... (Full text of the said agreement of 1251 is essentially the same published as no. 61 in the "Cartulaires de la chartreuse d'Oujon et de l'abbaye de Hautcrêt", Jean-Joseph Hisely, *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire de la Suisse Romande*, série 1, tome 12, Lausanne : Georges Bridel, 1852, digitized on GoogleBooks), signatum pro duplo dicte carte, signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fols. 179-179v are blank.)

180 Gillie

180 Providus vir Philibertus Oyselli notarius de Gillie filius quondam Jannini Oyseaul, 21 jan 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in confinio de Gillier olim ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per dictum Janninum Oyselli eius patrem, et quas tenet ex successione eiusdem sui patris,

Et primo, unum morcellum prati situm supra Gillier loco dicto en Pomerier in dicta extenta Jaquemardi in duabus particulis recognitum juxta pratum dicti confitentis quod tenet de feudo domini Viriaci a borea et jura, nemus commune a lacu, et valles Brussini a vento, cense 5 solidos et 2 denarios Gebennenses.

180v Item magis, tenet et se tenere confitetur suo et Francisci eius fratris nominibus ab eisdem dominis commendatario et conventu Romanimonasterii de eorum feudo, directo dominio, et omnimoda juridicione, unam posam terre sitam subtus Gillier jam alias per eundem Janninum in manibus dicti Jaquemardi recognitam et que antiquitus fuit de bonis feudalibus Mermeti Evrardi et que acquisita fuit sub tamen reacheto ab eodem Mermeto constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto 08 aug 1441 juxta terram Nicolleti dou Russel que fuit dicti Mermeti Evrardi a vento, terram dicti Colleti dou Russel que fuit Guilliemi Misteralis a borea, affrontat strate publice a juria, et prato et terre Agnorum (reference to Agniel family ?) de Gillier a lacu, onus autem census supportat et homagium Anthonius Evrardi racione reacheti, et est sciendum quod dictus confitens habet de dicta posa mediam et quintam partes divisas a parte venti, et dictus Franciscus residuum, videlicet de quinque partibus duas partes a borea.

Item, magis tenet et se tenere confitetur dictus Philibertus recognoscens suo privato nomine et pro se ab eisdem dominis et de eorum feudo, directo dominio, et omnimoda juridicione,

181 Primo, de bonis et recognicione quondam Johannis Bastardi Henrici dicti Besson de Brussino ex acquisito per eundum confitentem facto a Girardo Roberti causam habente in hac parte ab eadem Johanne Bastardo precio viginti florenorum constante instrumento dicti acquisiti per Anthonium de Combis recepto et signato 01 mar 1478 et per Venerabilem Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex ? vicarium et admodiatarium dicti Romanimonasterii laudato videlicet unum morcellum prati situm ou Pra dou Pey continentem duas falquatas prati juxta pratum Petri Tissot a juria, pratum Stephani Montero quod fuit Glaudii de Subtusecclesiam a lacu et vento, et pratum Johannis Burquyn a borea, supra quibus confratria Sancti Spiritus de Brussino solet percipere quinque quarteronos frumenti de pensione per annum et ad huc percipit prout facetur idem recogniscens virtute certarum donacionarum eidem confratrie factarum et super eodem prato assignatarum.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Henrici Besson ex acquisito per eum facto [ab ?] Anna eius filia uxore Aymoneti Burrico de Monrichie precio decemocto florenorum constante instrumento predictum Anthonium de Combis recepto 12 may 1477 et per quem supra priorem de Bevex tunc vicarium manu Chableti pro tunc commissarii laudato et in presenti extenta exhibito, videlicet quatuor falquatas prati sitas en Champagnye juxta pratum Johannis Devy ? de Vinsie quod fuit predicti Henrici Besson a borea, terram heredum dicti Henrici Besson a lacu, pratum eorundem heredum a vento, et terram Anthonii Evrardi a juria, onus autem census supportatur et homagii per dictos heredes Henrici Besson racione reacheti perpetui, witnesses Glaudius Boson, Petrus Calliat, et Nicolletus dou Russel de Gillier, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

182 Glaudia relicta Aymoneti Viguat (see below, at least once written Vigat, thus alternative reading of *Vignat* is unlikely) et Ludovica uxor Johannis Ramel seu pro ea idem Johannes

[Ramel] et eius nomine associati de Johanne Guy earum fratre liberi quondam Johannis Guy de Gillier, 20 dec 1489 (anno et indictione quibus supra in recognitione Philiberti Oysel), de bonis et rebus quondam Jaquete Oriol videlicet unam peciam terre continentem fere quatuor posas terre sitam loco dicto en Rongez ? seu en Champagnye que alias ultimate in extenta Jaquemardi fuit recognita per dictum Johannem Guy et quam tenent ex successione legitima dicti Johannis Guy et titulis jam in precedentibus extensis designatis inclusis tamen duabus posis ex eisdem de dictis bonis Oriol a lacu in dicta extenta Jaquemardi recognitis per Aymonetum Bastie de Gillie et quas tenent ex rempcione per dictum Johannem Guy facta ab eodem Bastie constante nota dicte rempcionis per prefatum Petrum Jaquemardi signata et jam laudata data 12 apr 1464 incluso etiam quodam frustrum a parte boree quod fuit de bonis et tenemento Girardi Millicard et deinde Girardi Robert ex adquisito olim facto et sibi in presenti extenta laudato et quod frustrum continet fere octavum unius pose juxta terram Hugonini de Gland a lacu, terram Petri Tissot de ipsis bonis ab occidente seu jura affrontat fossali de la Dolaz a borea, et terre Jacobi Gloeriz que fuit de dictis bonis Girardi Millicard a vento de quibus quatuor posis Ludovica uxor Johannis Ramel tenet unam posam a parte lacus et Glaudi uxor Aymoneti Vigat alias tres posas, et pro ipsis quatuor posis debere confitetur prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii in deductionem censuum de Loriolaz facta equacione et carculacionem (=calculacionem) censuum dictorum Oriol cum aliis tenementariis bonorum ipsius Oriol, videlicet duos quarteronos boni et receptibilis frumenti ad mensuram Nividuni et in deductionem censuum dicti Girardi Robert tres denarios Lausannenses de censu annuali et perpetuo solvendo, witnesses Johannes Guy necnon Perretus Vuilliaux de Vinsel et Franciscus Coctoz de Brussino cum pluribus aliis, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

183 Petrus Tissot de Gillie filius quondam Henrici Tissot, 01 may 1489 (anno et indictione quibus supra), res sequentes sitas et jacentes in confinio de Gillier et de Brussin alias in extenta Jaquemardi recognitas per dictum quondam Henricum Tissot eius patris, et quas tenet ex successione legitima dicti eius patris et ex titulis jam in ipsa extenta et precedentibus designatis,

Et primo, medietatem pro indiviso cum curato de Brussinel nomine Glaudii de Brussinel quondam duarum falquatarum prati sitarum supra Pondex que alias fuerunt de tenemento et bonis Glaudii de Subtusecclesiam juxta pratum curati de Gillier quod fuit Johannis Bertet a borea, pratum Johannis Bruquyn de Brussinel a vento, pratum Hugonini de Gland a lacu, et pratum Anthonii de Novavila quod fuit Francisci de Combis a jura, quamquidem medietatem tenet ut dicit absque onere census sed supportatur per heredes Glaudii de Subtusecclesiam ut dicit ad presens.

Item magis, unam peciam terre continentem circa duas posas cum dimidia sitam en Rougez ? que pridem fuerunt et antiquitus de bonis et tenemento Jaquete Oriol et tam per eundem Henricum Tissot quam Glaudium de Subtusecclesiam in dicta extenta Jaquemardi recognitam, quamquidem partem que fuit dicti Glaudii de Subtusecclesiam tenet ex adquisito noviter facto et per Fratrem Jacobum Gallerii pro tunc vicarium et admodiatarium dicti Romanimonasterii laudato in presenti extenta exhibito juxta terram Ludovice uxoris Aymoneti Vigat a jura, terram et pratum dicte Ludovice que et quod fuit dicte Oriolaz a vento et lacu, et fossale de la Dolaz a borea.

183v Item magis, de bonis dicte Oriolaz et in manibus Foresii recognitis per dictos Favroz de Bignyn unam magnam dimidiam posam terre sitam en Luviney (clear) alias acquisitam a dictis Fabris ? de Bignyn juxta terram Petri Calliat a vento, terram dicti confitentis a borea, affrontat vie a juria, et terre Glaudii dou May a lacu, pro quibus rebus debere confitetur prefatis dominis commendatario et conventui Romanimonasterii et suis in deductionem censuum dicte Oriole facta equacione cum aliis tenementariis bonorum dicte Oriole videlicet duos quarteronos frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni, witnesses Nobilis Johannes de Romanomonasterio et Guilliermus Bovey de Gillier, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

184 Colletus dou Russel alias Bastier de Montero oriundus habitator de Gillier et bonatenens quondam Aymoneti Bastier, 19 feb 1489 (anno et indicione quibus supra), res sequentes sitas et jacentes in confinio de Gillier et de Brussino alias et ultimate recognitas in manibus et extenta Jaquemardi per dictum Aymonetum Bastie, et quas tenet titulo donacionis olim sibi et Alexie quondam eius uxori per medium in contracto matrimonii eorundem Colleti et Alexie per dictum Aymonetum eiusdem Alexie patrem, et Dominum Petrum Bastie ad ipsoram vitam de medietate et post eius obitum de omnibus bonis suis facte, et cui Alexie virtute cite donacionis et ipsius contractus Colletus ipse successit ut dicit idem confitens, et que res fuerunt et sunt eidem confitenti in presenti extenta per Venerabilem Fratrem Glaudium Michaudi magnum celerarium et vicarium dicti Romanimonasterii laudate,

Et primo, eis Condemines subtus Gillier unam posam terre juxta terram Hugonini de Gland a vento, terram Philiberti Oyselli que fuit Mermeti Evrardi a borea, affrontat strate publice a juria, et prato eis Agnyel de Gillie a lacu, pro qua nullum onus census supportat sed supportatur per bonatenentes quondam Perreti Pactunat et deinde Johannodi Galiard de Brussino si aliquod debetur prout in precedentibus extentis fit mencio de quorum tenemento fuit.

184v Item, unam posam terre sitam en Luviney que antiquitus fuit Amedei Prodon juxta terram Petri Calliat a vento, terram Johannis Vuillie alias de Vy ? a borea, et viam publicam tendentem Albonam a juria, pro qua debere confitetur in exoneracionem censuum dicti quondam Amedei Prodon et prout jam in precedenti extenta habetur unum bichetum frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni.

Item, unam posam terre sitam subtus Gillier que pridem et antiquitus fuit de bonis et homagio Nobili quondam Mermeti Evrardi juxta terram Perronete uxoris Petri Bonjehan a borea, terram Ludovici Prodon et fratrum suorum a vento, viam publicam a juria, et pratum Jacobi Laborier a lacu, quequidem posa terre fuit et est posita et dimissa eidem confitenti in suffertam perpetuam dicti homagii nobilis tamen ? pro tribus denariis Lansannensibus census quos confitetur debere prefatis domino commendatario et conventui et suis solvendos per eundem confitentem et suos annualiter in festo Nativitatis Domini, onus autem census antiqui supportatur per Anthonium Evrardi racione guerencie dicti Bastie portande.

Item magis, tenet et se tenere confitetur suo et Anthonii Monard eius generi nominibus ut supra de bonis et recognicione Johannis Bertet ex empto per eundem confitentem et dictum eius generum facto a Johanne Galliard precio sexaginta solidorum constante instrumento per Philibertum Oyselli recepto 21 apr 1488 in presenti extenta per quem supra vicarium modernum

laudato unum sellionum terre situm eis Condemines qui pridem et antiquitus fuit Johannis de Bornes continentem quartum unius pose juxta terram quam idem confitens tenet a Fabres de Bignyn a vento, vineam seu terram quam tenet idem confitens a religiosus abbacie Lacusjuriensis a borea, affrontat strate publice a lacu, et vinee eiusdem que fuit Girardi Dautignye a juria, onus autem census nullum supportat sed debet supportari per heredes quondam Glaudii de Subtusecclesiam de cuius antiquis bonis fuit et ut in extensis precedentibus continetur, witnesses Dominus Johannes Guilloti curatus Brussini et Franciscus Coctoz, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

185v Blasius filius quondam Johannis Bertet alias Galliard filii quondam Petri Galliard generi quondam Johannis Forney alias Bertet de Gillier, 16 mar 1489 (anno et indicione quibus supra), res et possessiones sequentes sitas et jacentes in confinio de Gillier alias ultimate in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per dictum Johannem Bertet alias Forney, et quas tenent dicti liberi ex successione eiusdem per medium eorum patris et aliorum suorum parentum,

Et primo, unam posam terre sitam en Champagnye que antiquitus fuit Hugoneti Pellatier juxta terram Anthonii de Combis a vento, terram Petri Gascon alias Bergier a borea, affrontat prato Glaudii Boson quod fuit Henrici Besson a lacu, et vie publice a juria, cense 1 capponem sufficientem.

Item, reachetum perpetuum quod asserunt se habere in et super una pecia terre contiente duas posas sita loco dicto en Champagnye et que pridem fuerunt Henrici Besson juxta pratum heredum Henrici Besson a lacu, terram dicti quondam Johannis Bertet que fuit Girardi Eschonoz et plurium aliorum a jura, viam publicam tendentem en Oujonet a villa de Gillier a vento, et pratum dictorum heredum Henrici Besson a borea, quasquidem duas posas in pratum nunc reductas continentes fere duas falquatas cum dimidia tenet Glaudius Boson in vadio precio undecim librarum prout eciam idem quondam Johannes Bertet habebat in vadio a dicto Henrico Besson occasione cuius reacheti ipsius Henrici heredes supportant onus census et homagii.

186 Item magis, circa unam posam terre que solebat esse vinea sitam en Liserabloz que pridem et antiquitus fuit tam de bonis Stephani Benedicti quam Glaudii de Subtusecclesiam et deinde dicto Johannis Forney seu Berteto Forney eius patri (thus, Johannes *Bertet* was the son of *Bertet* Forney) quesita virtute titulorum jam in dicta extenta dicti Jaquemardi designatorum juxta vineam confratrie Brussini que fuit a Loriol a borea, vineam seu terram ecclesie et confratrie Brussini a vento, affrontat supra stratam a lacu, et vinee eis Prodon cum qua fuit partita a juria, onus autem census ad presens supportatur et supportare debet per heredes dicti quondam Glaudii de Subtusecclesiam et Stephani Benedicti racione ut dicit promissionis de guerencia pure ferenda, witnesses Johannes Richardi clericus de Balmis et Petrus Gleriz de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

187 Petrus Caliat filius quondam Oliverii Caliat de Gillie, 12 mar 1490, res sequentes sitas in confinio de Gillier et de Brussin,

Et primo, unam peciam terre sitam loco dicto en Luvinox continentem circa tres posas alias ou Pomyer jam alias in precedenti extenta Jaquemardi per dictum quondam Oliverium Caliat recognitam et quam tenet ex successione dicti eius patris et virtute accensamenti jam pridem eidem Oliverio facti per Johannem Fabri de Bignyn, et que fuisse reperitur de bonis et

tenemento Jaquete Oriolaz juxta terram Petri et Johannis Tissot que fuit dictorum Fabrorum de Bignyn et cum qua partitur et de qua alias contendebatur cum Francisco de Solerio a borea, terram Johannis Vuillie a vento, affrontat vie publice a juria, et terre Glaudii et Johannis dou Max a lacu, super quibus solvere solet virtute dicti accensamenti Sebastiano Fabri de Bignyn septem quarteronos frumenti mesure Nividuni de pensione annuali occasione cuius supportare habet dictus Sebastianus et supportat census de novo sibi pro dictis rebus impositis in presenti extenta et equatum de antico censu dictorum Oriol, videlicet unum quarteronum frumenti receptibilis ad mensuram Nividuni, et quem quarteronum frumenti census dictus Sebastianus ibidem persones ? deducit deductis septem quarteronis pensionalibus pro eo quod ipse confitens eundem solvere debeat et quem solvere promittit eisdem domino commendatario et conventui.

187v Item magis, tenet et se tenere confitetur de bonis et recognicione quondam Girardi Millicard alias Robert ex adquisito per eundem conifitentem facto sub reacheto precio triginta solidorum bone monete et sibi in presenti extenta laudato sub et cum reacheto predicto pertinente et remissi in presenti extenta Jacobo Gleriz de Brussino videlicet dimidiam posam terre sitam en Champagnye juxta terram dicti Jacobi Gleriz a qua processit a borea, terram Anthonii de Novavilla a vento, affrontat prato a quorum de Gillier a lacu, a terre Ludovice uxoris Johannis Ramel que fuit de bonis dicti Millicard a juria, pro qua debere confitetur eisdem domino commendatario et conventui Romanimonasterii in exonerationem censuum dicti Millicard facta equacione in presenti extenta, videlicet novem denarios Lausannenses de censu ut supra solvandos, witnesses Nobilis Petrus de Sonarclens et Providus vir Aymonodus Roberti commissarius, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens. (This reconnaissance suggests that Millicard alias Robert might be affiliated with the Robert family of Châtel.)

188 Anthonius de Novavilla alias dou Bugnyon de Gillie filius quondam Girardi de Novavilla et Mermete Cristinetaz, 21 jan 1489, res sequentes sitas et jacentes in confinio de Gillie et de Brussin jam alias in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per dictam Mermetam eius matrem filiam quondam Johannis Janninet alias Cristinet, et quas cum Bartholomeo eius fratre indiviso et pro quo eciam confitens tenet ex successione eiusdem matris sue,

Et primo, unam peciam terre sitam loco dicto en Lespinetaz continentem duas posas que antiquitus fuit de tenemento antico Jaquete Oriol de Brussino juxta terram Petri Tissot et Glaudii Boson que fuit Perreti Gringet a vento, viam publicam tendentem ala Dolaz et terram Glaudii Gervasii a borea, et vias publicas a lacu et juria.

Item, unam peciam terre sitam en Champagnie que eciam fuit de bonis dicte Oriol in se continentem duas partes unius pose juxta terram Hugonini de Gland a vento, terram Petri Calliat que fuit Girardi Millicard a borea, affrontat terre Ludovice uxoris Johannis Ramel a juria, et prato eis Agnye de Gillier a lacu, que alias solebat esse astricta Glaudio de Subtusecclesiam ad certam pensionem jam alias quictatam pro censu dictorum dominorum Romanimonasterii infrascripto recognoscendo, et pro ipsis rebus que fuerunt dicti Oriol debere confitetur pro se et suis eisdem domino commenatario et conventui dicti Romanimonasterii et suis successoribus unum quarteronum cum dimidio frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni de censu antico dictorum Oriol coequato et eciam unum denarium Lausannensem de novo censu sibi jam in precedenti extenta impositum racione depericionis homagii solvandos.

188v Item magis, unam peciam prati continentem fere unam falquatam prati sitam en la Mossieriz que pridem et antiquitus fuit de bonis Perreti Gringet et invadiata precio centum et sexdecim solidorum ut constat instrumento per Johannem Thomasseti recepto 25 dec 1445 juxta pratum Petri Tissot a borea, pratum Petri Benedicti a vento, pascuam communem dela Mossieriz a juria, et pratum curati de Gillier et Petri Tissot a lacu, onus autem census et homagii supportat ad presens Anthonius de Combis racione reacheti perpetui, witnesses Jacobus Gleriz et Johannes Guy de Gillier, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

189 Guilliermus Bovey (clear) tanquam bonatenens quondam Glaudii Boson de Gillie, 21 mar 1489 (anno et indicione quibus supra proxime), de bonis et recognicione quondam Henrici Besson et Johannis Bertet ex acquisito sub reacheto facto precio undecim librarum ab Henrico Besson constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto dato 08 mar 1439 quoad duas falquatas et quoad unam aliam falquatam precio sexaginta solidorum constante instrumento per dictum Migerand recepto dato 02 may 1454, videlicet unam peciam prati sitam en Champagnye continentem tres falquatas prati que solebat esse terre juxta pratum heredum dicti Henrici Besson a lacu, terram dicti quondam Johannis Bertet et plurium aliorum a juria, viam tendentem a Gillier en Oujonet a vento, et pratum dictorum heredum Henrici Besson a borea, onus autem census et homagii supportant heredes dicti Henrici Besson occasione reacheti.

Item magis, tenet et se tenere confitetur de bonis et recognicione quondam Jaqueti Gascon junioris et que pridem et antiquitus fuerunt Girardi de Mussie ex acquisito per eundem confitentem facto a Johanne Regis et Johanneta eius uxore filia dicti quondam Gascon precio sexaginta solidorum sub tamen reacheto ut constant instrumento per Philibertum Oyselli recepto et signato 20 apr 1480 et per Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex tunc vicarium et admodiatarium Romanimonasterii manu Petri Chableti laudato in presenti extenta laudato exhibito, dimidiam posam terre sitam eis Condemines subtus Gillie que alias solebat esse vinea juxta terram liberorum Petri Grojehan a vento, terram Ludovici Prodon a borea, et affrontat vie publice a lacu et juria, onus autem census supportant liberi quondam Jaqueti Gascon de Brussino racione reacheti sibi pertinentis, witnesses Nobilis Petrus de Sonarclens et Providus vir Aymonodus Roberti, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

189v Dictus Guilliermus [Bovey], addition to the above reconnaissance, 12 mar 1490, de bonis et recognicione quondam Girardi Boson de Brussino ex acquisito per dictum quondam Glaudium Boson et ipsum confitentem facto sub tamen reacheto precio sexaginta solidorum a Colleto Baul et Joheneta eius uxore filia dicti Girardi Boson de Brussino constante instrumento per Philibertum Oyselli recepto et signato 18 feb 1482 et per Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex tunc vicarium dicti Romanimonasterii manu Petri Chableti laudato in presenti extenta et recognicione exhibito, dimidiam posam terre sitam eis Condemines que solebat esse vinea juxta terram Petri Gascon quam tenet ab eodem *Parvo Gascon* (apparently referring to Petrus Gascon, perhaps indicating that this is the younger Petrus, son of Jaquetus junior, and not the elder Petrus, sartor, son of Jaquetus senior ?) a borea, terram Ludovici Prodon a vento, et affrontat viis publicis a jura et lacu, pro qua debere confitetur loco sextarii vini alias pro ipsa debiti et in presenti extenta eidem confitentem quamdiu tenebit terram ipsam cum teneat ad reachetum reducti ad cenum argenti subscriptum, videlicet tres solidos bone monete Lausannenses de censu ut supra solvendo, witnesses Nobilis Sebastianus Fabri, Providus vir Aymonodus Roberti, et Anthonius de Combis, « dicit tamen quod supradictus Colletus Baul

tenetur solvere eundem census pro eodem confitente », with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

190v Johannes Vuillie (de Vy alias Vuillie) filius quondam Dionisii Vuilli de Vinsie, 19 feb 1489 (anno et indictione quibus supra), res et possessiones sequentes sitas et jacentes in confinio de Gillie et de Brussin quas tenet ex titulis infradesignatis,

Et primo, de bonis alias in extenta Jaquemardi recognitis per Johannem Bertet alias Forney unam peciam terre sitam en Champagne continentem tres posas terre et prati que pridem et antiquitus maxime media pars fuit de bonis et tenemento dictorum Oriol de Brussino inclusa alia medietate a borea que fuit in dicta extenta Jaquemardi recognita per Guiliermum Evrardi et ipsum Bertet et quas tres posas tenet ex adquisito per eundem confitentem facto a Petro Bertet alias Galliard de Gillie constante instrumento per Venerabilis Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex tunc vicarium et admodiatarium dicti Romanimonasterii manu Petri Chableti tunc commissarii dictarum extentarum 20 may 1485 laudato in presentis extenta exhibito juxta terram heredum Henrici Besson a borea, pratum eiusdem confitentis quod fuit dicti quondam Henrici Besson infralimitatum et terram Anthonii Evrardi a vento, iter publicum a juria, et pratum Jacobi Gleriz a lacu, pro quaquidem medietate que fuit dicti Loriol debere confitetur dictus recognoscens pro se et suis prefatis domino commendatario et conventui et successoribus suis annualiter et perpetue in exoneracionem censuum de Loriol prout jam in precedenti extenta mencio habetur, unum quarteronum frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni et unum denarium Lausannensem de censu in ipsa extenta imposito racione depericionis homagii per eundem confitentem et suos eisdem domino et suis annualiter et perpetue solvendo. Alia autem medietas que fuit de bonis et recognicione feudalibus Mermeti Evrardi dudum acquisita a dicto Evrardi precio undecim florenorum parviponderis fuit et est eidem confitenti posita et dimissa in suffertam perpetuam quantum concernit onus homagii nobilis etc. ? pro tribus denariis Lausannensibus quos confitetur debere de censu annuo noviter in presenti extenta imposito solvendo, quia ut dicit Anthonius Evrardi tenetur supportare et supportat onus census pro ipsa medietate racione promissionis et guerencie sibi facte ut in lictera primi acquisiti a dicto Evrardi facti per Anthonium de Migeran recepta et signata 24 oct 1446 quam ad verificationem sue intencionis producit plenius habetur.

191 Item magis, de bonis et recognicione Henrici Besson de Brussino ex adquisito per eum facto a Mia eius filia uxore Aymoneti Burrico precio octo florenorum parviponderis constante instrumento per Jacobum de Fogia recepto et signato 20 may 1470 et per dictum priorem de Benex et vicarium dicti Romanimonasterii (=Frater Glaudius de Livrone) manu dicti Chableti laudato et in presenti extenta exhibito videlicet duas falquatas prati sitas en Champagnye alias en Rongez ? (or Rougez ?) juxta pratum et terram prelimitatam ? a borea, pratum quondam Henrici Besson a vento, pratum Anthonii Evrardi a juria, et pratum Jacobi Gleriz a lacu, onus autem census supportantur per heredes dicti quondam Henrici Besson racione reacheti perpetui sibi pertinentis prout idem confitens asserit.

191v Item magis, tenet ut supra de bonis et recognicione dicti Johannis Bertet ex adquisito per ipsum facto tam a dicto Johanne Bertet alias Galliard quam a Petro dou Marterey et Perroneta eius uxore constantibus duobus instrumentis per Philibertum Oyselli receptis datis primo 24 oct 1476 (xxiiii octobris septuagesimo sexto) et alio 08 feb 1486 (octava februarii

octuagesimo sexto) in presenti extenta laudatis videlicet dimidiam fortem falquatam prati sitam en Champagnye alias eis Chentres que pridem et antiquitus fuit de bonis Glaudii de Subtusecclesiam juxta pratum Petri Tissot quod fuit Francisci dicti Montero a borea, pratum heredum predictorum Henrici Besson quod tenet Colletus dou Russel a vento, pratum Petri de Sonarclens et eius uxoris a iuria, et pratum eiusdem confitentis quod tenet a Stephano de Gland de Sancto Vincencio a lacu, onus autem census tenentur supportare et supportant dicti heredes Glaudii de Subtusecclesiam si quod debeat racione guerencie ferende, witnesses Nobilis Jacobus Mistralis eiusdem confitentis domino et Nobilis Petrus de Sonarclens, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fols. 192-192v are blank.)

193 Vinsel

193 Johannes filius quondam Aymoneti dou Max de Vinsel in domo Marchiandi residens, 21 mar 1489, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa seu confinio Brussini jam alias in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per quondam Aymonetum Marchiand de Vinsel, et quas tenet ex successione dicti Aymoneti dou Max eius patris et Aymoneti dicti Marchiand eiusdem Aymoneti soceri et virtute titulorum inferius designatorum.

Et primo, dimidiam posam terre sitam subtus Brussin que antiquitus fuit eidem Aymoneto Marchiand accensata per Mermetum Evrardi juxta terram eiusdem confitentis quam tenet a Stephano de Gland a borea, terram Mermeti Tilliot a vento, affrontat strate publice a iuria, et pascue communi a lacu, super qua et posa terre a borea que movetur a Stephano de Gland et posa terre de Ravachaul infrascripta solet solvere prout in instrumento dicti accensamenti cavetur heredibus dicti quondam Mermeti Evrardi sex denarios Lausannenses de pensione annuali, unde ad nullum dictis dominis Romanimonasterii tenetur census, sed habet supportare Anthonius Evrardi.

194 Item, de bonis que antiquitus fuerunt Glaudii de Subtusecclesiam et postea Johente uxoris Girardi Boson de Brussino unum sellionum terre situm subtus Brussin juxta terram Johannis de Compeys a borea, terram eiusdem confitentis infrascriptam a vento, affrontat strate a lacu, et vie publice tendenti a villa Brussini ad Luyn a iuria, super quo solet solvere Johannis de Compeys virtute cuiusdam accensamenti antiquitus facti duodecim denarios Gebennenses de pensione annuali, unde supportat onus census et homagii erga dictos dominos Romanimonasterii.

Item, de bonis et recognicione Pernodi Besson de Dulit unam falquatam prati sitam en Rogepra alias en la Sougetaz jam in extenta Jaquemardi per eundem Aymonetum Marchiand recognitam juxta magnum pratum domini quodam rivo intermedio a borea, pratum Johannis de Dulicio a vento, pratum Johannis Vuillie et plurium aliorum a iuria, et pratum ecclesie Brussini a lacu, pro qua debere confitetur in deductionem censuum dicti Pernodi Besson facta equacione in presenti extenta ad tempore videlicet tres solidos bone monete Lausannenses census solvendo.

Item, de bonis alias in manibus quondam Peroneti Foresii recognitis per Girardum de Peys ex adquisito per dictum Aymonetum Marchiand facto a Nicodo de Sergie et Marguereta

eius uxore filia quondam Johannis filii dicti Girardi de Peys constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto 20 dec 1452 et per dominum Romanimonasterii seu eius vicarium manu dicti Jaquemardi commissarium extentarum Brussini de data anni 1458 laudato in presenti extenta exhibito videlicet circa duas partes unius pose terre que solebat esse vinea sitas subtus Brussin juxta terram eiusdem confitentis supralimitatam que fuit antiquitus Glaudii de Subtusecclesiam a borea, terram dicti confitentis que est ut dicit de alio feudo a vento, affrontat strate publice a lacu, et dicte vie tendenti a Brussino a Luyn a iuria, quas asserit liberas de censu.

Item magis, de bonis et recognicione dicti quondam Evrardi ex acquisito jam dudum per eundem Aymonetum Marchiand facto virtute accensamenti a dicto Mermeto Evrardi cum alias dimidia posa sita subtus Brussin prelimitata et jam eciam manu dicti Foresii laudato, videlicet unam posam cum dimidia terre sitam en Ravachaul inclusa dicta dimidia posa de bonis et recognicione Petri Galliard de Verney ex acquisito sub tamen reacheto per eundem Aymonetum Marchiand facto a Nicodi Galliard constante instrumento per Stephanum Besson recepto et signato dato 06 feb 1474 precio triginta octo solidorum et per Fratrem Jacobum Galleri decanum Paterniaci et vicarium eiusdem Romanimonasterii manu Petri Chablet laudato, juxta terram Petri Gascon de Brussino a vento, terram Mermeti Tilliot a borea, affrontat vie publice a lacu, et communi a iuria, onus autem census supportatur per Anthonium Evrardi racione dicte pensionis et predictum Nicodum Galliard racione reacheti.

Item magis, de bonis et recognicione quondam Petri Gaulterii alias Grojehan ex acquisito sub tamen reacheto per eundem quondam Aymonetum Marchiand precio sex florenorum parviponderis facto ab eadem Petri Gaulterii constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto dato 28 (die penultima) feb 1456 in presenti extenta exhibito et laudato, unum morcellum prati situm en Mellie continentem unam falquatam juxta pratum Nicodi Galliard a borea, pratum Petri Gascon quod fuit a Mugneron a vento et borea, terram Anthonii Evrardi de Curchamp a iuria, et pratum Hugonini de Gland a lacu, onus autem census supportatur per dictum Gaultier racione reacheti, witnesses Nobilis Johannes de Romanomonasterio et Johannes Richardi clericus de Balmis, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

195 Perretus Vuilliaux (Vuilliaux, Wylliaux) de Vinsel filius quondam Hugoneti Vuilliaux de Vinsel, 06 nov 1489 (anno et indicione quibus supra), res sequentes sitas et jacentes in confinio de Brussin alias in extenta Jaquemardi per eundem confitentem recognitas et quas tenet ex titulis jam in ipsa extenta in infradesignatis,

Et primo, dimidiam posam terre sitam subtus Brussin videlicet subtus Pratum de Cruce que fuit antiquitus Mermeti Oriol de Brussino juxta semitam tendentem ad Dulicium a borea, terram Petri de Sonarclens et eius uxoris a vento, affrontat strate a iuria, et pascuam publicam (should be *pascue publice*) a lacu, pro qua debere confitetur in deductionem censuum dicti Oriol prout jam in dicta extenta fit mencio dimidiam quarteronum frumenti boni et receptibilis ad mensuram Nividuni solvendum.

Item, unam falquatam prati sitam subtus Vinsel que fuit antiquitus de bonis Johannis de Subtusecclesiam et jam alias per suos predecessores acquisito juxta commune a borea, pratum Stephani Reymondi a lacu, pratum Johannis de Romanomonasterio a vento, et pratum Mermeti dicti Mugneron quod tenet Colletus Mentonex a iuria, pro qua debere confitetur in deductionem

censuum dicti de Subtusecclesiam prout jam in precedentibus extensis fit mencio dimidium potum olei ad mensuram Brussini de censu annuali solvendum per eundem et suos ut supra in Carnisprivio Laycorum.

195v Item, in territorio de Vinsel extra jurisdictionem dicti castri Brussini de tamen feudo et directo dominio dicti Romanimonasterii res sequentes videlicet unum morcellum vinee et nemoris situm loco dicto en Chapponeres ex quo una pars fuit antiquitus Perrete filie Perreti de Vinsel a parte boree et jurie, et alia pars fuisse reperitur antiquitus Mermeti Agnyel de Beria a parte venti et jurie, et alias pars videlicet una posa fuit alias in extenta Jaquemardi recognita per Johannem de Sauvernyer et fuit Nicodo Vuilliaux quondam accensata per Guiliermum de Sauvernyer constante instrumento per Anthonium de Migerand recepto et signato dato 08 nov 1440, et per Fratrem Glaudium de Livrone priorem de Benex vicarium dicti Romanimonasterii manu Petri Chableti laudato, et continet dictus morcellus ex omnibus dictis particulis tres magnas posas tam vinee quam nemoris juxta fossale de Vinsel et vineam dicti confitentis a borea, terrale des Chapponeres per quod fluit rivum de Lorgieux et vineam Stephani Reymondi a vento, vineam Stephani Reymondi et vineam quondam Aymoneti Marchiand quam tenet Ramerel ? de Gebennis et quondam particulam continentem fore dimidiam posam de ipsa vinea accensactam que non reperitur de feudo Romanimonasterii a lacu, et vineam et nemus dicti confitentis et nemus Johannis de Romanomonasterio et dicti Marchiand a juria, in quo toto morcello decimarii Brussini percipiunt decimam, et super dicta posa vinee que fuit dicti Sauvernyer a parte lacus inclusa et dicta dimidia posa subtus de alio feudo contigua solvit dictus confitens virtute dicti accensamenti Johanni de Dulicio causam habenti a dictis Sauvernier duo sextaria vini de pensione unde onus census supportat erga dominum, et pro residuo debere confitetur dictus recognoscens pro se et suis prefatis dominis commendatario et conventui Romanimonasterii inclusis viginti duobus denariis Gebennensibus pro parte primo narrata que fuit Perreti de Vinsel, et octo denariis Gebennensibus pro residua parte que fuit Mermeti Agnyel, conversa moneta Gebennense ad Lausannensem videlicet triginta quinque denarios Lausannenses bone monete de censu ut supra solvendo.

196 Item, de bonis alias recognitis in dicta extenta Jaquemardi per Dominum Johannem de Burgo curatum de Bructignye et hoc ex reempcione per eundem confitentem facta a dicto curato seu eius heredibus et sibi in presenti extenta laudata, unum morcellum vinee situm in vinoblio de Vinsel loco dicto en Bernardon continentem duas fosseratas vel circa qui fuit antiquitus Glaudii de Subtusecclesiam et per ipsum primo dicto quondam Hugoneto Vuilliaux accensatum prout jam in precedentibus extensis fit mencio juxta vineam Nobilis Jacobi Champion a borea, vineam ipsius Jacobi et aliorum Championum a vento, vineam Hugonini de Gland domicelli a juria, et vineam eiusdem confitentis quam asserit de eius allodio a lacu, onus autem census supportatur per heredes dicti quondam Glaudii de Subtusecclesiam ad presens pro eodem confitente, et est sciendum quod licet in precedenti extenta Jaquemardi recognita fuerunt dimidia posa quod erronee factum est hic in presenti extenta arrestatum est cum eodem confitente ad hoc consenciente et correctio facta est ad duas fosseratas supra recognitas.

Item, tenet reachetum quod asserit se habere in et super dimidia posa vinee sita in dicto vinoblio loco dicto ou Fossaulx que in Jaquemardi manibus et extenta fuit recognita per Franciscum Taxier de Nividuno et que in precedenti Foresii extenta fuit recognita per Hugonetum Vuilliaux juxta vineam Johannis de Lanfrey a borea, vineam Glaudii Gavit de

Item, unum denarium Lausannensem annue pensionis sibi ut asserit debitum per Johannem Marugley super una falquata prati sita en Pra Sallier juxta pratum Glaudii Malier a lacu et juria seu vento, pratum Hugonini dicti Ganyerat quod fuit a Tornyoux a borea, terram seu nemus ou Charpilliat ab occidente seu juria, et pro premissis rebus omnibus et singulis et certis aliis infradesignatis debere confitetur dictus Glaudius recognoscens prefato Romanomonasterio videlicet domino commendatario et conventui eiusdem inclusis primo, duobus bichetis frumenti tribus rasis bladi et tribus denariis Gebennensibus pro rebus primo limitatis que fuerunt antiquitus Aymonodi Joffrey, dimidia cupa et dimidio quarterono frumenti pro dictis duabus posis supra Chie (=Chez) Bugnyon et dicta posa cum dimidia dou Flumaul, eciam suprascriptis dimidio raso blado pro dicta posa de Combaz Rognyon que fuit Perrete dou Poesieux, tribus solidis pro dicta falquata prati dou Verneysson quam tenet dictus Nicolletus dou Bugnyon in vadio, tribus rasis cum dimidio bladi et quinque denariis cum obolo Gebennensibus pro aliis rebus eciam inde limitatis supra et uno morcello prati siti ou Wau quen (=quem) tenet Fillietaz que fuerunt antiquitus Perrodi Pallio et deinde dicti Palliex, duobus bichetis frumenti pro dictis duabus posis de Lappra dicto Pallio antiquitus pro tanto abbergatis, dimidio bicheto frumenti pro dicta posa de la Combaz, et una cupa frumenti et decem novem denariis cum obolo Lausannensibus pro aliis rebus ultimate descriptis que fuerunt antiquitus dicti Johannodi filii Benedicti Pallio vindicatis, mensuratis, et carrulatis debite ut decuit reductisque denariis Gebennensibus ad Lausannibus, videlicet decem quarteronos boni et receptibilis frumenti ad mensuram Albone, tres quarteronos cum dimidio avene receptibilis ad rasos dicti mesure, et quinque solidos et quinque denarios Lausannenses bone monete de censu.

320 Et preterea tenetur pro rebus predictis maxime que fuerunt dicti Palliex eidem Romanomonasterio ad homagium ligium prout dicti Palliex et alii sui predecessoribus ita confessi sunt pro eisdem rebus, quodquidem homagium dimittitur sibi in suffertam pro eo quod jam domino Pupisfortis (=Rupisfortis !) cum domino Albone ut asserit homagium pro certis aliis

rebus fecit donet aliquem filium qui de eodem deservire et ipsum facere debeat domumque dicti Palliex reedificare quando ad etatem legitimam pervenerit interim ? vero tenebitur solvere quolibet anno eidem domino Romanimonasterii donet dictum homagium factum fuerit et domus reedificata duodecim denarios Lausannenses de censu per annum in dicto termino Nativitatis Domini, witnesses Providi viri Guilielmus Berardi commissarius domini Rupisfortis, et Jacobus de Fogia, Glaudius Bolley, et Petrus Champion de Gimel, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

320v Ludovicus de Gebennis alias Billiard de Gimel gener quondam Petri Billiard (Index : Ludovicus Billiard), 12 may 1499, suo et Anthonie eius uxoris filie dicti Petri nominibus seu pocius Petrus eorum filius et eorum nomine, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Gimel alias in manibus et extentu Jaquemardi per dictum Billiard recognitas, et que antiquitus fuerunt Petri Gaschet, et quas tenet dicta Anthonia ex successione dicte Mermete eius matris filie dicti Gaschet,

Et primo, duas posas terre sitas en Croset juxta terram Johannete dou Bugnyon uxoris Petri Vacheram a lacu, terram Johannis Fillietaz a juria, affrontat vie tendente ad juriam a borea, et communum de Gimel a vento, que due pose reperiuntur in extentis precedentis franche de decima, pro quibus et decima earundem confitentur dictis domino comendatario et conventu Romanimonasterii debere unum quarteronum boni et receptibilis frumenti mesure Albone et unum quarteronum receptibilis avene ad cumulum mesure predicte.

Item, certam partem terragii quod solebat leveri in quinque posis de la Buchielliz de quo terragio nulla ad presens habetur noticia unde pro nichillo reputatur, et quod terragium fuit antiquitus de bonis Perrete ? (possibly written Perreti ?) dou Poesieux.

Item magis, tenet de bonis alias in manibus Foresii recognitis per Johannetam filiam Johannis Rendu uxorem quondam Mermeti Baul et que antiquitus fuerunt Johannodi Rendu unum morcellum ochie continens dimidiam posam sitam prope domum dicti confitentis que antiquitus fuisse reperitur de bonis Aymonis dou Bugnyon juxta ochiam seu terram Nobilis Francisci de Sivrion quam tenet idem Billiard a juria, viam publicam a lacu, affrontat vie tendenti ad molendinum a vento, et terre dicti Sivrion quam tenet idem Billiard a borea, pro qua debere confitetur ut supra loco octo denariorum Gebennensium novem denarios cum obolo Lausannenses bone monete de censu.

321 Item, tenet de bonis alias recognitis per Petrum Savario et qui antiquitus fuerunt Nicodi de Gimel et deinde Roleti Ros medietate quodam accensamento prout in precedentis extentis fit mencio unam posam terre sitam ou Perrewit juxta terram dicti confitentis que fuit dicti Nicodi de Gimel seu Petri Bolley a juria, terram Johannis Fillietaz a lacu, affrontat terre Nicolleti dou Bugnyon a borea, et prato Nobilis Francisci de Sivrion a vento, et debetur Glaudio de Porta et eius uxore certa pensio de super per Georgium Savario qui racione reacheti supportat onus.

Item magis, tenet et se tenere confitetur a dicto Romanomonasterio et de bonis et recognicione facta *in manibus Mermodi* (see Fi 30, index entry for fol. 112, Berthetus dictus Porsognyonz filius quondam Johannodi Porsognyonz de Gimel) per Bertodum Porsognyon ex

acquisito perpetuo per Johannetum Billiard facto ab Hudrico filio dicti Bertodi Porsignyon constante instrumento per Petrum Bochu recepto 09 dec 1423 in presenti extenta exhibito et laudato unam posam terre sitam en Croset juxta terram dicti confitentis a vento, terram Hugonini Ganyerat que fuit a Tornyoux et plures contors a borea, affrontat terre Johannis Marugley a lacu, et terre Johannete dou Bugnyon que fuit Petri Vacheram et que fuit a Charpilliat a juria, et que fidei relatione comperta est in presentis exententa eciam pro censu infrascripto franca cum ? decima unde tam pro ipsa terre quam eciam ipsius decima debere confitetur eidem Romanomonasterio dimidium quarteronum frumenti boni et receptibilis mesure Albone et dimidium quarteronum avene receptibilis ad rasum dicte mesure de censu ut supra solvendum, cum tamen tali protestacione quod si in futurum posset monstrari quod eadem posa fuisset franca a decime suis censu tunc census impositus racione decime erit et esse debeat quictus et cassus.

321v Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis et recognicione Johannis Bolley ex acquisito sub tamen reacheto precio quatuor florenorum a predicto Johanne facto constante instrumento per Petrum ? Malliez recepto et signato 10 jan 1460 in presenti extenta exhibito et laudato unam posam terre sitam en la Fin ou Carroz seu ou Verney juxta terram dicti Bolley a juria, terram Nicolleti Champion a lacu, et affrontat terre dicti Bolley que fuit ou Baul a borea et vento, onus autem census supportatur per dictum Bolley racione reacheti.

Item magis, de bonis et recognicione Petri Champion ex acquisito sub tamen reacheto precio viginti trium solidorum facto constate instrumento per Michaellem Bassin de prothocolis Johannis Fonjalleti grossato 18 mar 1458 in presenti extenta exhibito et laudato, duas posas terre sitas en Boschet juxta terram Nicolleti Champion et Georgii Savario a borea, terram Glaudii Bolley et Ludovici de Bonavilla a vento, et affrontat terre dicti Petri Champion a juria, onus autem census supportatur per Petrum Champion racione reacheti.

Item, de eisdem bonis et recognicione ex quodam alio acquisito precio sexaginta solidorum perpetue ut asserit facto constante instrumento per Fonjalleti recepto et signato 31 jan 1458 in presenti extenta exhibito et laudato unam posam terre sitam en Lespinaz ou Verneysson juxta terram Johannis Fillietaz a juria et lacu, affrontat vie a borea et prato Nicolleti dou Bugnyon a vento, tenet in quam sub censu per dictum Petrum Champion recognito quem nunc pro dicto confitente supportat racione guerencie, acta sunt hec apud Gimelz in domo Johannis Fillietaz, presentibus ibidem Jacobo de Fogia clerico, et Petro dou Bosson habitatore de Gemelz, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

322 Idem Ludovicus Billiard alias de Gebennis (with additional subscription at the end indicating that the obligation had been assumed on 04 may 1501 by “Stephanus Reymondi prescriptus”) (Index : Idem seu Reymondi), 19 sep 1498, de bonis alias *in manibus Vanerii* recognitis per Petrum Reymond (see Ff 13, second part, fol. 7, reconnaissance of Petrus filius quondam Humberti Reymondi clericus burgensis Albone, 20 feb 1427) et Petrum Andrey (see Ff 13, second part, fol. 12, reconnaissance of Petrus filius quondam Jaqueti Andree de Gimel et Mermete filie quondam Perrerii Palliod, 22 feb 1427 Style of the Nativity), res sequentes quas tenet ex acquisito sub tamen reacheto de Stephano Reymondi facto constantibus duobus instrumentis uno quoad pratum de Lappra infra presento ? scriptum per Jacobum de Fogia recepto 10 may 1478 et alio quoad sequentem per Michaellem Bassin recepto 15 mar 1491 sibi in presenti extenta pro duodecim solidos laudatis,

Et primo, en Lappra unam falquatam prati juxta aquam molendini a borea et juria, pratum Nicolleti Champion a vento et lacu, que fuit dicti Reymondi et antiquitus de bonis Perrete dou Puesieux et Johannis Bondet.

Item, en Verneysson dimidiam falquatam prati juxta pratum Glaudii Baul a juria, pratum ecclesie cum quo partitur a lacu, pratum dicte ecclesie quod fuit a Primet a vento, et terram Johannis Fillietaz a borea, que dimidia falquata fuit dicti Petri Andrey et antiquitus Perronete Ruchinet novissime dicti Reymondi tenet in quam ex dicto acquisito, et pro ipsis debere confitetur prefato Romanomonasterio inclusis tribus denariis Lausannensibus pro primo morcello et quinque denariis Gebennensibus pro alio videlicet novem denarios Lausannenses bone monete de censu ut supra quam diu eadem prata tenebit solvendo, acta sunt hec apud Gimel in domo Johannis Fillietaz, presentibus ibidem Nobili Ludovico de Cruce de Johanne Fillietaz de Gimel.

Successive Stephanus Reymondi prescriptus tenere confitetur dicta prata ex reempcione noviter facta et sub censu predicto ut supra, actum Brussini 04 may 1501 presentibus Johanne Fillietaz asserante ea tenere nomine locas ? et Francisco Fabri de Chastel testibus, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

323 Confratria: Petrus Ganyerat alias Martin et Ludovicus Beney de Gimel velut priores et procurantes confratrie Sancti Spiritus que fuit apud Gimel personaliter constituti scientesque etc., confitentur de consilio Nicolleti Champion, Johannis Geneveys, Ludovici Billiard, Petrus Champion, Johannis Marugley, et certorum aliorum confratrum dicte confratrie, 22 mar 1498, res sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Gimel que alias fuerunt personis infrascriptis et dicte confratrie consite ? (written *ḡsite*, assumed to be feminine genitive plural of *consitus*, apparently meaning something like laid out, established) ex titulis inferius designatis,

Et primo, tenet duos quarteronos silliginis annue pensionis eidem confratrie debitos et quos percipit a Nycolletto dou Bugnyon super duabus posis terre sitis supra Crestum de Borreres que antiquitus fuerunt Johannis Escoffey et dicte confratrie dudum donate dictoque dou Bugnyon pro dicta pensione remisse in eiusdem Nicolleti recognicione limitate.

Item, decemocto denarios Lausannenses quos percipit de pensione dicta confratria et eidem debitos per Johannem Marugley super una posa terre sita en Boschet juxta terram eiusdem Marugley a borea, et terram Georgii Savario a vento, et affrontat vie a juria.

Item, de bonis que antiquitus fuerunt Johannis Antellaz ex donacione dicte confratrie dudum facta unam falquatam prati sitam en Lespiney ultimate in manibus Jaquemardi per Johannem Bolley recognitam juxta pratum Johannete dou Bugnyon uxoris Petri Vacheran a vento, pratum Colleti dou Bugnyon ab occidente seu juria, et pratum Thome Mo[n]terodi a borea et lacu, cense 2 solidos Lausannenses bone monete.

323v Item, de bonis que fuerunt antiquitus Perrodi Pallio unam falquatam prati sitam en la Saugiz alias in manibus Jaquemardi per dictum Johannem Bolley recognitam nomine dicte confratrie et quam tenet dicta confratria in vadio ut dicunt juxta pratum Nycolleti Champion a borea, pratum Johannis Genevey a vento, et pratum Francisci de Sivrion domicelli a lacu, unus autem census supportatur per Glaudium dou May racione reacheti.

Item, sex solidos redditus sub gracia reempcionis debitos et quos percipit a Ludovico Bolley de Gimel in et super una domo et ochia contigua ante sita in villa de Gimel juxta viam tendentem ad juriā a vento, et casale es Palliex et quandam viam a borea, et affrontat ochie es Marugley a lacu.

Item, dictunt se tenere de eisudem Romanimonasterii feudo unam posam terre sitam en Borreres juxta terram Johannete uxoris Petri Vacheran a lacu, terram Johannis Fillietaz et plures contors a juriā, et affrontat terre dicti Fillietaz a borea et vento, quequidem res sunt dimisse eidem confratrie in suffertam tam occasione reachetorum semper reservatorum cuicunque pertineant quam pro et mediantibus sex denariis Lausannensibus census solvendum ut supra, witnesses Jacobus de Fogia et Johannes Fillietaz, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fols. 324-325v are blank.)

326 Sanctus Eugendus (=St.Oyens)

326 Nobilis Johannes de Comba burgensis Orbe suo et Agnetis eius uxoris filie quondam Nobilis Johannis Banquetaz nominibus, 20 nov 1498, unam peciam terre sitam in confinio de Sancto Eugendo loco dicto ou Bon continentem duas posas vel circa juxta terram dictorum confitencium appellatas eis Biolleres de feudo de Mont a borea, pratum eiusdem confitentis de feudo de Mont a vento, affrontat terre Henrici Grojehan alias Gaulteyr de dicto loco ab oriente, et terre dicti confitentis de feudo de Mont ex occidente, quequidem fuerunt in precedentibus extentis recognite per domicellos de Divona et novissime per Anthonium de Montagnye *in manibus Andree Perroneti*, et quas tenet ex successione dicti quondam Johannis Banquetaz eiusdem Agnetis patris, cui fuerunt per prius per dominam de Mont post obitum dicti quondam Anthonii de Montagnie cum toto tenemento domus de Sanctoyent donate et que donacio sibi Agneti fuit in presenti extenta et recognicione laudata, tenet inquam sub annuo et perpetuo censu cum directo dominio quatuor quarteronis frumenti bon et receptibilis ad mensuram Albone solvendis per eosdem conjuges et suos, witnesses Dominus Amedeus Durandi vicarius ecclesie parochialis de Gimel, Discretus Jacobus de Fogia, Glaudius Bolley, Nycolletus Ganyerat, Georgius Savario de Gimel, et Johannes Chambat de Sancto Georgio.

326v Successive (but same date) dicta Agnes constituta personaliter apud Sanctum Eugendum et informata de prescripta recognicione in presencia dicti viri sui et de eius auctoritate scienter gratis et sponte acceptavit, laudavit, et ratificavit, acceptatque, laudat, et ratificat per presentes eandem recognicionem et monia suprascripta, witnesses Johannes Gougin, Johannes Vaney, et Anthyonius Renaul de Sancto Eugendo, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

327 Johannes Gougin habitator Sancti Eugendi, 22 mar 1498, res sequentes alias in manibus Jaquemardi recognitas per Johannem dou Mays alias Faisan et Beatrisiam filiam Jaqueti dou May et que antiquitus fuerunt Jaqueti Faisan,

Et primo, unum morcellum ochie prati situm prope cimisterium Sancti Eugendi continentem quatuor fosseratas si colleretur juxta ochiam Johannete et Colleti dou Sanctoux a

juria, domum seu pertinencias eiusdem confitentis que fuit Johannis dou May a lacu, affrontat cimisterio a vento, et pratum (should be *prato*) Agnetis filie Johannis Banquetaz a borea.

Item, unam posam terre sitam ou Chesaul juxta terram Colleti Champion que fuit Anthonii de Montagnye a juria, terram confratrie Sancti Spiritus de Sancto Eugendo a lacu, affrontat terre Johannis Fillietaz a borea, et terre dicti Agnetis a vento, tenet inquam ex abbergamento perpetuo olim per dominum Romanimonasterii sibi facto et in presenti extenta exhibito et sibi confirmato, sub annuo censu cum directo dominio duorum solidorum et sex denariorum Lausannensium bonorum, witnesses Glaudius de Porta et Johannes Genevey, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

327v Colletus dou Santoux filius quondam Anthonii dou Santoux, et Joheneta eius soror uxor Glaudii Michaud de Sancto Engento, 22 mar 1498, res sequentes sitas in confinio et villa Sancti Eugendi alias in manibus Jaquemardi recognitas per dictum Anthonium dou Santoux et que antiquitus fuerunt Perrodi dou Sanctoux et quas tenent ex successione legitima dictorum suorum predecessorum,

Et primo, partem domus sue videlicet loz chaz ubi focus foveatur inter duos muros cum curтина ante de latitudine juxta residuum dicte domus quem tenent ab Anthonio Monetier a parte boree, ortum dictorum confitencium quem tenent a Glaudio de Brussinel a vento, affrontat cimisterio a lacu, et prato Anthonii Renaul quod tenet a Petro Vuillioz a juria.

Item, circa duas fosseratas ochie sitas subtus cimisterium juxta pratum Agnetis uxoris Johannis de Comba filie Johannis Banquetaz quod fuit illorum de Divona a borea, cimisterium a vento, affrontat ochie dictorum confitencium quam tenent a dicto Monestier a juria, et ochie Johannis Gougin quam tenet a dicto Romanomonasterio a parte lacus, tenent inquam sub annuo censu cum directo dominio sexdecim denariorum Lausannensium bonorum, witnesses Jacobus de Fogia, Glaudius de Porta, et Johannes Gougin, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

328 Johannes Cristin alias de Lysey filius quondam Petri de Lisey de Sancto Eugendo nomine Glaudie eius patris filie quondam Stephani dou Bugnyon de Gimel, 21 mar 1498, unam posam terre sitam en Mugnan alias ou Perruyt alias in manibus Jaquemardi per dictum Stephanum recognitam et que antiquitus fuit de bonis Johannis Escoffey juxta terram Johannis Fillietaz a vento, commune de Gimel a borea, semitam tendentem en Sanctum Georgium a juria, et carreriam tendentem en Profundaz Vault a lacu, tenet inquam sub annuo censu cum directo dominio unius quarteroni boni et receptibilis fumenti mesure Albone, witnesses Colletus Champion, Petrus Champion, Petrus Marin, et Glaudius Bolley, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

328v Idem Johannes tenet de feudo dicti Romanimonasterii et de recognicione eis Marugley unam posam terre sitam ou Bon des Chentres juxta terram Georgii Savario quam modo tenet Ganyerat a borea, terram Ludovici de Bonavilla a vento, in qua fertur quod idem Marugley levat decimam nomine dicti Romanimonasterii, actum loco, die, et anno (21 mar 1498) acque presentibus quibus supra, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

Et quia dicta posa de Mugnant, 10 jul 1499, reperta est fideli relacione multorum semper fuisse libera a decima hodie date presencium ne infuturum de et pro eadem decima imperatur confessus fuit et confitetur dictus Johannes Cristin debere pro dicta decima ex imposicione in presenti extenta facta unum quarteronum bladi boni et receptibilis mesure Albone medii frumenti et medii avene ad rasum de censu, witnesses Anthonius Bouczan de Sancto Eugendo et Petrus Pillon de Monnaz, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

329 Anthonius Renaul alias Bouczan de Sancto Eugendo filius quondam Colleti Bouczan, 22 mar 1498, de bonis et recognicione Petri Champion ex acquisito perpetuo per dictum eius patrem ab eodem Petro Champion facto constante instrumento per Petrum Malliez recepto et signato 01 jun 1462 et sibi in presenti extenta per dominum Romanimonasterii manu Petri Chableti laudato er per ipsum exhibite unam posam terre sitam en Boschet que antiquitus fuit de bonis Berthodi Porsigny on juxta terram Ludovici de Bonavilla a vento, terram Johannis Marugley a borea, affrontat terre dicti Marugley a lacu, et terre Johannis Fillietaz a juria, tenet inquam sub censu per Petrum Champion recognito et quam modo supportat pro eodem confitentem racione guerencie, witnesses Jacobus de Fogia et Petrus Champion.

Successive (10 jul 1499) quia dicta posa reperta fideli relacione multorum fuit et est libera a decima ideo ne infuturum quod eadem decima impetatur confitetur dictus Anthonius Bouczan alias Renaul se debere ultra predicta quod eadem decima unum quarteronum boni et receptibilis bladi medii frumenti et medii avene mesure Albone ad rasum, witnesses Johannes Cristin de Sancto Eugendo et Petrus Pillon de Monnaz, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

(Fol. 329v is blank.)

330 Sanctus Georgius

330 Johannes Georget filius quondam Petri Georget de Sancto Georgio suo et Colleti et Francisci fratrum suorum nominibus, 02 dec 1500, unam falquatam prati sitam in confinio Sancti Georgii loco dicto en Pra Rol alias in manibus Jaquemardi recognita per quondam Johannem Georget et que fuisse reperitur de bonis quondam Jaqueti de Canali et Johannis de Grelier et quam tenet ex successione dicti Georget eius patru juxta pratum Johannis Andrey junioris a vento, pratum Johannis Andrey senioris a borea, affrontat prato ou Rosset a juria, et rispam (should be *rispe*) nemoris de Pra Rol a lacu, sub annuo censu unius denarii Lausannensis, witnesses Johannes Jacto de Dulicio et Johannes Vuibrat de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

330 Johannes Bovy (clear in index) de Sancto Georgio suo et Petri eius fratris residentis apud Montero nominibus, (no date, see below), de bonis alias *in manibus Vanerii* (see Ff 13, second part, fol. 8, reconnaissance of Johannes filius Perrodi Palliex de Gimel morans Albone, 21 feb 1427 Style of the Nativity) recognitis per Johannem Palliex, duas falquatas prati sitas en la Faveriz (clear) juxta pratum Glaudii dou May a juria, pratum Ludovici Beney a lacu, pratum Jacobi Andrey et Glaudii dou May a borea, et pratum Nicolleti Martin a vento, que pridem *in manibus Mermodi* (see Fi 30, index entry for fol. 122, Perrodus Palliod filius quondam Johannodi Palliod) et Perrodi Pallio (should be *per Perrodum Pallio*) et pridem *in extenta pilosa*

(see Fj 68, fol. 2v, reconnaissance of Johannodus filius quondam Benedicti Palliot de Gimel, 11 feb 1378) per Johannodi Pallio fuerunt eciam recognite, “tenet inquam sub annuo censu in presenti extenta equato sex denariorum Lausannensium bonorum ut supra solvendorum, confitens etc. promictens etc. datum. Quia hiidem Bovie tenens cum predictis duabus falquatis unam aliam contiguam et sic tres falquatas recognovit ut infra. *Ideo presens recognicio remanet imperfecta sed vide infra.*” (See below, fol. 332.)

330v Johannes Chambat de Sancto Georgio filius Petri filii quondam Jaqueti Chambat, die festi Sancti Bernabe 1498 (=11 jun 1498), de bonis que antiquitus fuerunt Nicodi de Gimel duas falquatas prati sitas in confinio de Gimel alias in manibus Jaquemardi jam per dictum quondam Jaquetum Chambat recognitas sitas loco dicto ou Poysat jam diu est per quondam Guilliemi de Gimel dicto quondam Jaqueto Chambat cum una alia falquata contigua que non reperitur de presenti feudo accensatas constante instrumento per Johannem Fonjalleti recepto et signato 02 mar 1451 et sibi dicto confitenti quoad dictas duas falquatas per dominum Romanimonasterii in presenti extenta laudato, et tangunt dicte due falquate et alias que est contigua quam tamen et de cuius parte sit ignorat pratum Nicoletti Champion a iuria, viam publicam et certos dumos communes a borea, quandam aliam viam seu pratum Johannis Marugley a vento, et affrontat prato Johannis Rosey a lacu, pratum (should be *prato*) Ludovici de Bonavilla eciam a iuria, super quibus duabus falquatis et alia contigua comprehensa in dictis limitibus de feudo domini Albone movente solvit et debet Glaudio de Porta et eius uxoris bonatenentibus dicti quondam Guilliemi de Gimel sex solidos de pensione annuali unde supportant onus erga dictos dominum et conventum Romanimonasterii, witnesses Petrus Bovey (clear) de Sancto Georgio et Ludovicus dictus Billiard de Gimel, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

331v Johannes Andrey de Sancto Georgio filius quondam Johannis Andrey alias Cribley, 13 dec 1498, de bonis et recognicione quondam Johannis Bolley de Gimel ex acquisito per eundem Johannem confitentem facto a Glaudio Bolley de Mollens causam habente a dicto Johanne Bolley constante instrumento dicti acquisiti per Petrum Malliez recepta et signato 29 may 1470 et sibi in presenti extenta laudato, unam falquatam prati sitam ou Mont de la Faveriz juxta pratum quod tenet Beney et fuit a Palliex a vento, pratum quod tenet Glaudius Mallier a Glaudio de Porta a lacu, viam publicam a borea, et pratum Glaudii dou May a iuria, super qua solvit Glaudio Bolley de Gimel virtute certe retentirius dudum facte tres denarios Lausannenses de pensione annuali unde supportat onus census erga Romanummonasterium, witnesses Providus vir Nicodus Braserii commissarius Albone et Johannes de Comba de Sancto Eugendo et Petrus Hugonyn de Gimel, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

332 Johannes Bovy (clear) filius quondam Petri Bovy de Sancto Georgio et Jacobus filius Petri Bovie eius nepos (in other words, the younger Petrus Bovie was the brother of Johannes) residens apud Montero, 12 apr 1503, unum morcellum prati continentem circa tres falquatas prati sitas en la Faveyriz in confinio de Gimelz juxta pratum Petri et Nicolleti Martin alias Ganyerat a vento, pratum Glaudii Bolley seu eis Pallio a borea, pratum Glaudii dou May alias Joffrey a iuria, et pratum Ludovici Michie alias Beney a lacu, quequidem tres falquate prati fuerunt alias recognite *in manibus Vanerii* et Foresii, videlicet una ex eisdem a parte lacus per Petrum Andrey de Gimelz (see Ff 13, second part, fol. 12, reconnaissance of Petrus filius quondam Jaqueti Andree de Gimel et Mermete filie quondam Perrerii Palliod, 22 feb 1427 Style of the Nativity) et alie due per Johannem filium Perrodi Palliex (see Ff 13, second part, fol. 8, reconnaissance of

Johannes filius Perrodi Palliex de Gimel morans Albone, 21 feb 1427 Style of the Nativity) et jam pridem per dictos Pallio reperinutur recognite, et que tres falquate devenerunt ut fertur domino comiti Gruerie post obitum dicti Andrey eius ut dicit hominis talliabilis absque liberis defuncti, et quas tenent virtute accensamenti perpetui ut dicunt sibi seu eius predecessoribus facti per eundem dominum Gruerie cui ut prefertur devenerant de quo accensamento instrumenti ignorant ad presens quamvis de laude in presenti recognicione satisfeceriter et dicunt solvere dicto domino comiti ad causam Albone tres solidos per annum de pensione, tenent inquam sub annuo et perpetuo censu cum directo dominio facto equacione in presenti extenta videlicet tres decim denariorum Lausannensium bonorum solvendorum, witnesses Providus vir Glaudius Cuvilleti glericus (=clericus) de Germagnie, necnon Michael Lambert et Petrus Mayor de Ballen[s], with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

333 Essertines

333 Glaudius Mermino de Essertines alias Bolley, die festi Sancti Barnabe 1498 (=11 jun 1498) de bonis et recognicione Johannis Bolley de Gimel ex adquisito sub tamen reacheto per eundem confitentem facto tam et Glaudio et Colleta Bolley quam a Petro Michie de Gimel constantibus instrumentis per Jacobum de Fogia receptis 10 mar 1483 precio decem florenorum et jam per dominum Romanimonasterii sibi manu Chableti laudatis in presenti extenta exhibitis unam falquatam prati sitam ou Brollet juxta pratum Johannis Fillietaz rivo molendini intermedio a juria, pratum Ludovici Beney quod fuit Nicodi de Gimel a lacu, rivum dicte aque a borea, et pratum Nobilis Francisci de Sivrerie a vento, onus autem census supportatur per dictum Bolley racione reacheti, witnesses Gldusiu Bolley, Anthonius Bouczan, et Ludovici Beney, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

333v Petrus dou Marterey de Essertines, 16 sep 1498, de bonis et recognicione Petri Champion ex adquisito per eum facto a Glaudio de Crosa causam habente a dicto Champion constante instrumento per Jacobum de Fogia recepto 01 may 1492 et sibi quoad infrascripta per dominum Romanimonasterii in presenti extenta laudato dimidiam falquatam prati sitam versus loz Mollin que antiquitus fuit Perrete dou Poesieux juxta pratum dicti confitentis de eodem adquisito et de feudo domino comitis Gruerie a borea, pratum Ludovici Billard seu Stephani Reymondi a vento et juria, et rivum a lacu, onus autem census supportatur per Petrum Champion racione reacheti, witnesses Nicodus Braserii commissarius Albone et Jacobus de Fogia de Gimel, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

334 Saubraz

334 Glaudius de Crousaz de Saubraz filius quondam Stephani de Crosa, 10 apr 1501, res sequentes sitas in confinio de Saubraz,

Et primo, unam posam terre cum quadam chintria prati sitam loco dicto ou Chouchit que fuit in extenta et manibus Jaquemardi recognita per dictum Stephanum de Crosa juxta terram Roleti de Crosa que fuit Anselmi Yvers a lacu, et terram Johannis Mestraulx a juria, affrontat vie publice a borea, et terre Johannis Tenturier a vento, et que antiquitus fuit Marion ? (written Mario with abbreviation mark over the last two letters) Guibert, tenet inquam sub annuo censu

duorum solidorum Gebennensium qui valent duos solidos et quatuor denarios Lausannenses bone monete de censu.

Preterea tenet et se tenere confitetur ut supra quindecim denarios Lausannenses de pensione sibi debitos per Johannem Marugley de Gimel pro et super una posa terre et prati sita en la Golletaz juxta rivum de Golletaz a vento, terram dicti Marugley et plurium aliorum a borea, et viam publicam a iuria, et pratum ecclesie de Saubraz quadam via intermedia a lacu, que fuit in dicti Jaquemardi manibus recognita per dictum Stephanum de Crosa et antiquitus fuit de bonis Johannodi Rendu et deinde Johannis Rendu et in manibus Foresii recognita per Nicolletum Chambard, tenet inquam sub annuo censu cum directo dominio unius quartani boni et receptibilis frumenti mesure Albone, witnesses Glaudius dictus Niglon de Romanomonasterio et Glaudius Galberex de Juriens, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

335 Pisi

335 Stephanus Rolliard alias Mugnyer de Pisi nomine tamen conjuntorio Jaquete eius uxoris filie quondam Johannis Udrisier, 05 may 1501, res sequentes sitas in confinio de Gemel,

Et primo, ou Wau unum morcellum ochie continentem unam fosseratam juxta viam publicam a vento, terram ecclesie de Gemel a borea, affrontat ochie Glaudii Bolley a iuria, et prato Johannis Fillietaz a lacu, qui fuit *in manibus Vanerii* (see Ff 13, fol. 15v, reconnaissance of Cristinus filius quondam Aymoneti Croesier de Birola commorans Rotuli nomine suo et Marguerete eius uxoris filie quondam Jordane quondam filie Perronete dicti Reschinetaz [=Ruchonet], 03 jul 1427) recognitus per Cristinum Cruesier (=Croisier) de Biroulaz et antiquitus fuit Perronete Ruchinet.

Item, ou Verneysson dimidiam falquatam prati quam modo tenet ecclesia sed nescit quo titulo.

Item, tenet de bonis in manibus dicti Vanerii recognitis per Johannem Marugley dimidiam falquatam prati sitam en Lappra et que pridem *in manibus Mermodi* (not yet located in Fi 30) fuit recognita per quondam Johannem Marugley, et pridem *in [extenta] pilosa* (see Fj 68, fol. 4v, reconnaissance of Nichola filia quondam Johannerii Roschunet de Gimel, 12 feb 1378) per Nicolam filiam Johenerii (=Johannerii) Ruchinet et que dimidia falquata devenit dicto quondam Udrisier tam ex successione dicte Nicole Ruchinet quoad medietatem quam ex adquisito per eundem Johannem et Henricum Hudrisier facto a Nicollete Champion et Petro eius filio constante instrumento per Johannem Fonjalleti recepto et signato 19 nov 1454 in presenti recognicione exhibito et per dominum Romanimonasterii quamvis foret per dominum comitem Gruerie laudatum quoad dictam dimidiam falquatam laudato juxta aliam dimidiam falquatam eiusdem confitentis de eodem adquisito que restat de feudo Albone a parte occidentis, pratum Nicollete Champion quod fuit Nicodi de Clauso a borea seu oriente, pratum eiusdem Champion quod fuit a l'Escoffey a parte lacus seu meridiei, et rivum a iuria seu aquilone (?), pro quibusquidem rebus debere confitetur prefatis dominis Romanimonasterii inclusis tribus denarios pro dicta ochia dou Wau, et residuo pro aliis rebus, et maxime dicta dimidia falquata de Lappra videlicet tres denarios Lausannenses bonos et unam quartam frumenti, duodecim denarios Lausannenses bonos de censu annuali loco eiusdem quartani ? opzione dicto confitenti

remanente solvendo et quos solvere promittit nomine quo supra, witnesses Providus vir Nicodus Braserii commissarius Albane, necnon Nycolletus Champion, Johannes Marugley, et Petrus dou Bugnyon de Gimel, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

336 Mont

336 Michael Dalphin de Mont seu potius Glaudius eius filius pro quarto, Johannes filius quondam Roleti Dalphin pro quarto, et Petrus filius quondam Henrici Vuilliemoz de Sarraul pro medietate, 05 apr 1504, res sequentes sitas in confinio de Gimelz alias in manibus et extenta Jaquemardi recognitas per Johannetam Bessonaz filiam quondam Perreti Rendu, et quas tenent quilibet ipsorum pro quotis suprascriptis ex acquisito olim facto per dictum quondam Roletum Dalphin et Johannetam relictam Stephani de Coquina a Mia filia Henrici Besson et dicte Johannete uxoris Aymoneti Burrigo constante instrumento per Johannem de Gland de Nividuno recepto 19 jun 1477 sibi in presenti recognitione laudato,

Et primo, duas falquatas prati sitas es Chentres juxta terram Humberti et Petri Vouchy a lacu, terram Glaudii Bolley et plures contors a juria, terram Glaudii de Porta quadam semita intermedia a borea, et pratum Glaudii Bolley et Petri Ganyerat a vento.

Item, quatuordecim denarios Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Georgium Savario super una chintria prati sita ibidem eis Chentres continente sextum unius falquate juxta terram dicti Savario quam tenet Petrus Ganyerat a lacu, terram Ludovici Billiard a juria, et pratum antesciptum a borea, quam chintriam tenet idem Ganyerat in vadio, tenet inquam sub annuo censu cum directo dominio unius quarteroni frumenti boni et receptibilis ad mensuram Albane et decem novem denarios cum picta Lausannenses loco Gebennenses hactenus recognitorum per dictos confitentes, witnesses Glaudius Pilliard de Vallorbes, Udriodus Costantin et Henricus de Curia de Mollen, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

337 Chastel

337 Franciscus Faivroz ? alias Robert de Chastel (this is the Roberti family of Chastel, often with the alias Fabri), 10 dec 1500, de bonis alias in manibus Jaquemardi recognitis per Petrum Genevey ex acquisito per eum facto a Petro Genevey perpetuo medietatem et a Johanne Genevey aliam medietatem constantibus instrumentis quatuor quorum primum fuit invadiacionis facte primo per Petrum Genevey Ludovico Billiard per Petrum Maliez recepto 10 feb 1463, aliud est cessionis dicto confitenti facte per de Fogia a dorso scripte 22 may 1478, aliud est vendicionis reacheti per Petrum Rossey manu Oyselli, et quartum vendicionis eciam reacheti per Johannem Rosey manu de Fogia signatis et sibi in presenti recognitione laudatis, unam falquatam prati sitam ou Vaulx alias es Planches juxta viam publicam tendentem Albonam a borea seu oriente, pratum prioratus de Pisi a vento, pratum Nycolleti dicti Champion a juria, et pratum Glaudii de Porta et eius uxoris quod solebat tenere Petrus dou Bugnyon a lacu, tenet inquam sub annuo [censu] cum directo dominio quatuor denariorum Gebennensium qui valent quatuor denarios Lausannenses et unum vianey boni monete, witnesses Franciscus Coctoz et Dionisius Mosserat de Brussino, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

337v (Index shows « Quidam restat ».) Nobilis Ludovicus de Bectens bonatenens nomine liberorum suorum quondam Guilliermi Mistralis seu potius Anthonie filie quondam Anthonii Aymonis et pridem Petri Lombard de Bougie Million, confitetur se tenere et percipere a Johanne Marugley de Gimel quinque solidos annue pensionis super uno morcello prati in confinio de Gimel subtus Mongerel continente dimidiam falquatam indiviso cum eodem Marugley quem tenet idem Marugley ex accensamento dudum facto in eius recognicione designato, et que tota falquata antiquitus fuit Johannodi dou Bugnyon, et deinde devenit dicta medietas dicto Lombard, censum autem supportat idem Marugley ad presens quamvis ut dicit non teneat nisi ad voluntatem debentur autem eidem Romanomonasterio pro eadem quatuor denarios Gebennenses de censu quos solvere promittit pro se et suis et nomine dictorum liberorum suorum a dicta Anthonia susceptorum, actum... (no more text, no witnesses, date, or signature, incomplete).

338 Restant ad huc ad recognoscendum in presenti extenta que in precedentibus reperiuntur recognite et que ratione inferius describitur :

Et primo, una falquata prati sita ou Verney juxta terram Ludovici Beney a juria, pratum Ludovici de Bonavilla quod fuit a Palliex et plurium aliorum a lacu, affrontat terre Johannis Fillietaz a vento, et prato Johannis Baul quod tenet Marugley a borea, quam tenet Glaudius Baul de Villar supra Perrueys et alias fuit per dictum Fillietaz recognita et fuit de bonis illorum dou Poesieux, sed quia idem Glaudius Baul edocuit de abbergamento antiquitus eadem manu Petri Suavis ? 08 jul 1496, ideo licenciatus fuit et remanet de feudo domini comitis ad causam Albone, nisi melius informetur.

Prefatus dominus Gruerie intravit post obitum Petri Andrey de Gimel hominis sui et ad huc tenet unam falquatam prati sitam en la Faveriz que fuit per eundem quondam Petrum Andrey in manibus Foresii et pridem *Vanerii* (see Ff 13, second part, fol. 12, reconnaissance of Petrus filius quondam Jaqueti Andree de Gimel et Mermete filie quondam Perrerii Palliod, 22 feb 1427 Style of the Nativity) recognita sub censu septem denariorum Lausannensium et in pilosa extenta fuit recognita per Mermetam filiam Perrerii Pallio juxta pratum es Champion a vento, pratum Nicodi de Gimel quod nunc tenet Glaudius Malier a borea, et pratum dicti quondam Petri Andrey quod forte movetur a dicto domino Albone a lacu, intravit autem et tenet in debite credens cum suo predicto prato sibi excheuta sec conveniatur tenet modo eam Johannes Bovie et recogniovit noviter ut ante habetur ? ubi recognovis tres falquatas ex quibus ista est sub censu xiii denariorum. (Final clause, following *Johannes Bovie*, may have been added later.)

338v Item, dimidia falquata prati sita en la Saugiz restat juxta pratum Nobilis Francisci de Sivrerie a borea, pratum Francisci Fabri quod fuit a Margencel a vento, rivum a lacu, et pratum confratrie a juria, quamquidem modo tenet Glaudius dou Truyl de Montero, et fuit olim *in manibus Mermodi* (see Fi 30, index entry for fol. 110, Perrodus filius quondam Aymoneti Joffrey de Gimel) recognita per Perrodum filium Aymonodi Joffrey et pridem in pilosa per eundem Joffrey, et fuit inde obligata Johannodo Lovat de Bougie Sancti Martini ideo conveniatur ad recognoscendum etiam cum censu sex denariorum Lausannensium et modo eam tenet Petrus Girard alias dou Bugnyon ex acquisito perpetuo per eundem Petrum facto tam a Glaudio dou May quam dicto Glaudio dou Truyl.

END